
THESES DE LITERARUM OBLIGATIONE VETERI & NOUA. QUAS ... PRAESIDE ... PAULO...

Georg Graseck, Marcus Conrad Derrer



DE LITERARVM OBLIgatione, veteri & noua.

Thesis I.


ERTIA species obligationum ex contractu descendentium, est obligatio literarum.

II.

Est autem obligatio literarum contractus, quo quis per scripturam astringitur necessitate alicuius rei soluendæ.

III.

Fuit alia obligatio literarum apud veteres: alia hodiè est in vsu.

IV.

Vetus illa nominibus fieri dicebatur. Instit. de liter. oblig. in. princ.

V.

Nam olim si quis ex emptione, locatione, societate, vel alio quodam contractu alicui quid debebat, vt solennior esset & firmior contractus, curabat super eo scripturam fieri in foro apud argentarios, adhibitis quinq; testibus & signatoribus. Theophil. ad tit. Instit. de liter. oblig.

VI.

Eius scripturæ ea vis erat, vt per eam prior obligatio, puta ex emptione, locatione, societate, &c. nouaretur, & in nomen siue literarum obligationem transfunderetur.

VII.

Atq; inde debitor non amplius ex priore, id est empti, locati, societatis &c. sed posteriore idest scripturæ obligatione, tenebatur. Cic. lib. 3. offic. vbi in Cannio exemplum profert.

VIII.

Sed hæc nominum obligatio in desuetudinem abijt, & noue

iure in vsum venit alia obligatio literarum, quæ contrahitur chirographo. Instit. de liter. oblig. in princ.

IX.

Definiri hæc potest contractus per scripturam initus, qua quis spe futuræ numerationis alteri cauet, se certam quantitatem ab eo mutuò vel in dotem accepisse, quam tamen non accepit. Instit. d. t.

X.

Causa efficiens huius contractus duplex est: Remota & propinqua.

XI.

Remota est ius ciuile. secundum gl. in l. ex hoc iure. D. de iust. & iur.

XII.

Propinqua est debitor spe numerationis futuræ cautionem vel chirographum scribens.

XIII.

Possunt autem literis contrahere omnes qui obligari alijs & alios sibi obligare possunt ex causa mutui vel dotis.

XIV.

Nam materia huius contractus sunt res quæ mutuò vel in dotem dari possunt.

XV.

Ad formam huius contractus requirimus: primùm, vt debitor fateatur in scriptis se recepisse. absq; literis enim nō perficitur.

XVI.

Deinde, vt caueat ex causa mutui vel dotis. l. aduersus. 5. l. in contractibus. 14. in fin. C. de non num. pec. nam si nulla causa scripturæ inserta sit, debitor non obligatur.

XVII.

Tum vt pecunia numerata non sit. Instit. d. t. de liter. oblig.

XVIII.

Nihil autem refert, siue cautio manu ipsius debitoris, siue alterius, veluti Notarij, modo ipsius debitoris voluntate, sit confecta. nam quod quis per alium facit, ipse facere videtur.

XIX.

Finis huius contractus est, ne rerum creditarum fides & securitas (quæ teste Cicerone lib. 2. offic. nihil potest in Rep. magis esse necessarium) diu sit in incerto. argumento eius quod dicitur in pr. Instit. de Vsucap.

XX.

Effectus consistit in actione, quæ ex literarum obligatione oritur.

XXI.

Sed quæ actio detur, dubitatur. Et quidem si stipulatio contractui accesserit, actionem ex stipulatu: aliàs verò actionem chirographariam dari asserimus, quæ & condictio potest appellari, verum non ex mutuo, sed ex literis.

XXII.

Datur hæc actio creditori aduersus eum qui chirographum scripsit.

XXIII.

Sed cum pecunia reuera numerata non sit, idcircò debitori aduersus creditorem prospectum est exceptione non numeratæ pecuniæ, quæ actionem creditoris elidit. Instit. de liter. oblig. tot. tit. C. de non num. pec.

XXIV.

Competit hæc exceptio non in perpetuum, sed in causa quidem mutui intra biennium continuum à scripto chirographo. l. in contractibus. 14. C. d. t. Instit. de liter. oblig. In causa verò dotis intra annum continuum à morte mariti, vel mulieris vel missione repudij. l. fin. C. de dot. caut. non num. nouel. 100. de temp. non num. dot.

XXV.

Ne verò debitor per creditorē fraudulenter actionē suam differētem, donec tempus legitimum lapsum sit, hac exceptione priuetur: duobus alijs remedijs ei prospectum est.

XXVI.

Primum est condictio chirographaria, qua potest suum chirographum repetere. l. si quasi. 7. C. de non num. pec. l. cum & soluta. 3. C. de condict. indeb.

XXVII.

Alterum est querela & contestatio de pecunia non numerata. d. l. in contractibus. §. in omni.

XXVIII.

Et si quidem præsens est creditor, contestatione scripta & creditori missa, debitor de pecunia non numerata potest protestari. d. l. in contractibus. §. in omni.

XXIX.

Si absens vel difficilis conuentu, vt si in magistratu est, vel magna potentia, denunciatio & contestatio debet fieri apud iudicem ordinarium, vel apud defensorem ciuitatis, vel apud Episcopum. d. l. in contractibus. §. pen. & vlt. l. si præsens 18. C. de Episcop. aud.

XXX.

Qua contestatio & querela hanc exceptionem debitori perpetuam efficit. l. si intra. 8. C. de non num. pec.

XXXI.

Quod si debitor hac exceptione & hisce remedijs intra constituta tempora non vtatur, postea soluere cogitur. d. l. si intra.

XXXII.

Nisi hanc exceptionem cum onere probandi opponere cupit. nam & tum audiendum, etiam post legitimum tempus, nec remouendum eum esse censemus. argum. l. 10. C. de non num. pec.

XXXIII.

Quamuis autem scriptura regulariter contrà scribentem probet. l. Publia 26. in fin. D. depos. Tamen

XXXIV.

Tamen in hoc contractu specialiter introductum est, vt creditor intra biennium ex chirographo agens, alijs insuper probationibus confirmare teneatur, se reuera pecuniam debitori numerasse. l. 3. & l. adseueratio. 10. C. de non num. pec.

XXXV.

Adeò vt nisi hoc faciat, reus absoluatur. d. l. 3.

XXXVI.

Competit præterea hæc exceptio non tantum debitori, sed eius etiam hæredi, modò legitimum tempus non sit lapsum. d. l. si intra §. C. d. t.

XXXVII.

Datur etiam non tantum principali debitori, sed eius etiam mandatori & fideiussori. l. pen. C. d. t.

XXXVIII.

Ita tamen vt vno ex his exceptionem opponente, & in iudicio victo, alteri aut etiam reo nullum præiudicium ex ea generetur, sed possint illi postea si conueniantur intra statuta tempora, eadem se exceptione tueri. d. l. pen. C. d. t.

XXXIX.

Datur quoq; creditori solutum debitum in scripto quod apocha dicitur, fatenti; sed tantum intra triginta dies. d. l. in contractibus. §. super cæteris. C. d. t.

FINIS.



DISSERTATIO SOLENNIS JURIDICA,

De

LITERARUM DOCUMENTIS,

Vulgò:

Von

Brieflichen Urkunden/

Quam

Præsidente Sacro-Sancta Triade

Ex

Autoritate & Decreto

MAGNIFICI, NOBILISSIMI & AMPLISSIMI JCTORUM IN ILLUSTRI GIESSENSI UNIVERSITATE ORDINIS

Pro

Summis in utroque jure Honoribus, Insignibus ac Privilegiis Doctoralibus rite ac legitimè consequendis,

Publicæ ac Solenni Nobiliss. Dnn. Professs. censuræ ac Examini submittit


CAROLUS SAMUEL Henning/

Rudolphopoli-Schwartzburgicus.

Ad diem Decemb.

Loco Horisque consuetis.





GIESSÆ, Literis Utzianis & Kargerianis, Anno 1689.



I. N. D. N. J. C.

Præfamen.



Otum ferè judicium dependere ex Probationibus, ipſamque Proceſſus litigioſi animam eſſe Probationem, *ceu loquitur Dambud. in Prax. civ. cap. 157. num. 1.* neminem ex cauſarum Patronis reperiri arbitror, qui id contra tritiſſimum Pragmaticorum Brocardicum iſtud: *Qui bene probat, bene impetrat, & habet:* inficias ire velit. Quam plurimos enim hodiè, etiam juſtiſſimam cauſam foventes, indigniſſimè ſuccumbere in judiciis videmus, non aliam ſane ob cauſam, quàm ob penuriam ac inopiam probationum, quibus deficientibus, *aſſerente Paciano lib. 1. cap. 5. num. 5. de Prob.* & ipſa dilabi videtur cauſæ ſubſtantia, nec quicquam nobis jura ſunt profutura, *juxta vulgatum illud: L. 30. de Teſtam. tutel. & L. 77. de contrah. emt.* AMICE, JUS TIBI NON DEFICIT, SED PROBATIO: Expediti ſiquidem juxta ac indubitati juris eſt, Actore firmis ac validis intentionem ſuam non probante fundamentis, Reum abſolvi. *§. 4. I. de Interdict. L. 4. C. de Edendo. L. 2. & 23. C. de Prob. L. 9. C. de O. & A. L. 25. ff. de jur. fiſc.* Probationum autem præcipua probandi genera in jure per *L. ult. C. de Prob.* commemorantur potiſſimum tria, quorum unicuiq; ſua ſtat firma atque inconcuſſa fides, ut quis intentionem ſuam ſatis probatam reddere queat, videlicet vel (1) per Idoneos Teſtes; vel (2) per apertiſſima docu-

menta; vel (3) per indubitata indicia. Quia tamen nemini unquam tàm felix contingit memoria, ut omnium usquequaque perfectè reminisci queat. *argum. L. 44. de acq. vel amitt. poss. quippe id Divinitatis potius, quàm humanitatis esse dicitur L. 2. §. 1. C. de I. V. E.* nec testium quoque, qui defectum hunc aliquatenùs supplere videbuntur, ob communem mortalitatis conditionem semper copiam habere possumus, *c. 47. x. de Test. & attest.* Idcircò præ cæteris jam enumeratis probationum speciebus, hanc de Literarum documentis *s. ut alii vocant, Documentis Literariis,* utpote quæ diuturnitate sua omnis generis probationes superant, & in exercendis litibus non solùm eandem cum Testibus vim atque autoritatem habere, *L. 15. C. de fid. instrum.* sed quandoque etiam majorem iis obtinere dicuntur, *L. 10. ff. de Probat. & præsumpt.* Ita ut vel indè Eadem non immeritò Fulcimentum memoriæ, Subsidium immortalitatis, Beneficiumque Divinum appellari queant; Materiam sanè in Foro ac Tribunali utilissimam & pernecessariam, hic inpræsentiarum more Academico pro impetrandâ summos in jure assumendi Honores Doctorales Licentiâ, quantum per temporis angustias & ingenii mediocritatem licuit, conscribendam, & conscriptam publico ac solenni Nobiliss. Dnn. Professor. Examini subjiciendam selegi; Pauli JCti *in L. 25. de Liberat. legat.* & Divi Imperatoris Leonis *in Novell. 46.* nec non Illustris ac Magnifici DN. Cancellarii TABORIS, Mæcenatis ac Promotoris mei Maxumi, summo pietatis ac observantiæ cultu æviternum devenerandi *in Praloqv. Tr. de confrontat.* consilium secutus. Quotidiana, & quæ usum in humanâ vita habent, plenius ac dilucidiùs attingenda & expolienda monentium; in quæ inquerere magis

quo-

quoque juvat, quàm abstrusarum subtilitatum spinosam subire indaginem. Ne autem plus justô temerarius extra metas vagari videar, sine longioribus verborum ambagibus in Nomine Domini nostri Jesu Christi, qui etiam res penitùs desperatas donare & consumare virtutis suæ magnitudine pollet *L. 1. §. 1. C. C. de V. I. E.* Dissertationem hanc *Inauguralem*, ad Exemplum Methodi Wesembecianæ, jam auspicabimur. Sit ergò

Positio I.

ET principiò quidem cùm juri operam daturo, unde nomen alicujus rei deducatur, nosse *juxta L. 1. de I. & I.* minimè disconveniat, quandoquidem per definitionem Nominis ut plurimùm rerum quidditates, qualitates ac accidentia alia dignoscuntur, Nomina enim sunt & dicuntur qs. Instrumenta ac notæ, quibus res significantur, *ut ait Plato in Cratylo, confer. §. 29. I. de Legat. §. 3. I. de donat. & L. 7. §. ult. de suppellect. legat.* utpote á quarum usu magis sic deinceps in ipsius rei perceptionem provehi solemus; Idcircò nec nobis vitio verti confidimus, si juxta Sapientum monita, & JCti Ulpiani exemplum *in L. 9. v. Certè. de tritic. vino vel oleo legat.* Terminorum explanationem expositioni ipsius præmiserimus.

II. Statim autem in frontispicio discursus hujus nostri juridici offert sese nobis vocabulum *Literarum*: Quæ hic loci non accipiuntur (1) pro nudô elementorum ductu ac picturâ, (vor die blosen Züg der Buchstaben) veluti olim apud Latinos *Teste Cicerone pro Milone*, lit. A salutaris erat, atque absolutionem designabat, C verò litera tristis, & condemnationem præfigurabat, haud secùs ac Græcis per nigrum Θ, *ὁ θάνατος* h. e. Mors indigitabatur. Nec (2) pro ingenuis ac

Humanioribus ſtudiis, quâ in tali ſignificatione *Literæ* apud jam citat. *Ciceronem* in ſcriptis ſuis paſſim accipiuntur; Sed (3) in generaliori ſuo ſignificatu pro ipſis ſcriptis, (ſeu ſcriptorum ſenſu ac tenore, ita ut res ipſa & effectus magis conſiderentur, quàm nuda verba L. 56. *pr. Mandat. l. 9. C. quæ res pignori oblig. poſſ.*) iisq; tàm publicis, quàm privatis. *pr. I. de E. V.* quibus nempe cauſa vel negotium inſtruitur, ad fidem conciliandam; non quòd literarum conſignatione res gerantur, ſed in hanc rei geſtæ teſtimonium conferatur, *per L. 4. ff. de fid. inſtrum.* Et quancquam aliquando, nomine Literarum ſtrictiùs ac preſſiùs ſumptô, ſola Scriptura privata venire ſoleat, & ſic Publicæ opponatur, *L. 1. C. de juram. propter calumn. dando, ubi vocula inſtrumenti publicam, nomine verò literarum, privatam notari ſcripturam Dd. volunt:* Interim tamen negari nequit, abſolutè ac generaliter, ſine aliqua alia adjectione, Literæ ſi ponantur, omnes tàm publicas, quam privatas contineri ſcripturas. Quapropter etiam præ vocula: *Tabellarum:* (quas ligneas olim & cerâ illitas fuiſſe, in quibus Veteres pacta ſua ſcribere ac referre conſuevêre, antiquitas prodidit) licèt & hæc accommodari potuiſſet, cùm & tabulæ vocantur inſtrumenta, *atteſtante Menochio lib. 1. de præſumpt propter L. 31. §. 1. & L. 32. de furt.* Verùm quia (1) Hæ jam in deſuetudinem abierunt, *ceu refert Donell. in cap. 1. de fid. inſtrum.* Et (2) propriè ac ſtrictè loquendo ad inſtrumenta ſaltem publica ſpectârunt; vocabulum: *Literarum:* in inſcriptione hujus diſcurſus hic uſurpare malui.

III. Succedit vox: *Documenti:* quod deducitur à præterito, docui, verbi doceo, ſicut à præterito monui, monumentum, nocui, nocumentum &c. & denotat id, quod nos docet, ſeu potius, ex quo docemur, quô

in

in sensu dictio hæc apud elegantioris literaturæ Scriptores Romanos passim reperire licet. Quod nomen licet separatim, *in* ac *per se* nimis quoq; generale sit, omnesq; sub se comprehendat probationum species, adjectione tamen particulæ: *Literarum:* satis temperari ac restringi generalitas ista videtur, ita ut duabus hisce voculis vix ulla magis propria ac congrua huic materiæ nominatio adinveniri possit; quæ non vel generalis, vel nec specialis sit nimium. *Instrumenti* enim vocabulum, (ab instruendo, verbi, instruere deductum,) quod concernit, cùm non unum idemque significet, prout ex diversis istis tit. *ff. de fid. instrum: & de instruct. & instrum. legato,* abunde apparet, ipse JCtus Ulpianus *in L. 99. §. fin. de V. S.* valdè istius significandi ambiguitate conqueritur, quod nempe per quàm difficile sit, dignoscere ac discernere h. e. per certam regulam juris definire, quæ illius appellatione propriè veniat ac contineatur. Et liquet, istud accipi vel *vulgariter:* vel *juridicè.* VULGARITER, & quidem *propriè* h. e. in nativa sua significatione, pro omni apparatu, quo res aliqua corporalis ad meliorem usum nobis præstandum instruitur, *argum.* L. *12. §. 15. & t. t. instruct. & instrum. legat.* Ita ut hâc ratione complectatur instrumenta tàm Mechanicorum, quæ pro varietate & conditione artificiorum variant; (aliud siquidem est Pistoris L. *17. pr.* aliud Piscatoris §. *1.* aliud Balneatoris §. *fin.* aliud Lanionis L. *18 pr. ff. d. t.*) quàm fundorum, quæ rursus sunt vel inanimata, ut sunt: aratrum, vehiculum, ligones, sarculi, bidentes & similia; vel animata, ut: boves domiti, & pecora stercorandi causâ parata &c. L. *8. h. t.* Sicuti & mulieres corpore quæstum facientes, instrumenta cauponia appellantur in L. *43. §. 9. ff. de Rit. Nupt.* *Metaphoricè* autem transfertur quoque ad res in-

incorporales; cùm *v.g.* inferiores disciplinæ, sine quarum adjumento ad superiorum cognitionem commodè pertingere nequimus, instrumenta quasi quædam graviorum illarum venditantur, *Vid. Donell, Com. jur. civ. l. 25. cap. 1. & Hillig. in Enucl. ib. cap. 7. lit. b.* *JURIDICE* accipitur iterum vel *latè*; vel *strictè*; *Latè* vicissim, vel *Generalissimè* pro omni eo, quod quâcunq; ratione causam & religionem judicantis instruere potest *per* L. *1. ff. de fid. instrum.* ubi non solum testimonia h. e. scripturæ & tabulæ continentes testimonium & fidem; sed & personæ testium instrumenti nomine venire dicuntur. Id quod verum putamus, quoties scil. nihil refragatur sic accipi. *arg.* L. *3.* §. *3. & seq. de Testib.* Vel *Generaliter*, pro tabulis saltem *scriptura*, hujusque, tàm tàm *publicæ*, quàm *privatæ*, quæ ad instruendam causam pertinent, ita ut hâc in acceptione à Testibus contra distinguantur, *argum. diversor. titul. in ff. C. & Nov. & jur. can. de Testib. & de fid. instrum.* Et hæc acceptio aliàs h. l. propria est. *Strictè* autem, ac *Propriissimè*, ut ita loquar, pro solis literis publicis, plenam fidem facientibus, oppositivè ad privatas, quæ non nisi præsumtionem quandam inducunt *l. 1. C. de juram. propt. calum. dand. l. 11. C. Qui pot. in pign. hab. l. 11. §. ult. ff. de interrog. Act. & Clem. 1. de Procurator.* Imò quandoque pro solis Instrumentis Notariorum, *docente Menochio 1. de præsumpt. qu. 1. num. 9.*

IV. Ad evitandas itaq; has ambiguitates, & differentiã constituendã inter probationem, quæ fit per testes vivâ voce, quæ vulgò ein Lebendiger; & quæ fit per scripturas, quæ vulgò ein Schrifftlicher Beweiß appellatur, *Docente Nobilis. Dn. Vultejo lib. 3. cap. 7. n. 24. de judic.* potiùs hic nobis cum Consultiss. Dn. Rutg. Rulanto *part. 2. lib. 5. cap. 1. de Commissar. & commiss.* collubuit præsentem

hunc

hunc juridicum discursum de *Literarum*, vel si mavis, de *Literariis Documentis*, (vulgò von Brieflichen Uhrkundten/) inscribere; tùm quia denominatio hæc & communi hodierno loquendi usui, quia quandoque & propriæ significationi præferendus *argum.* L. 52. §. 4. *de Legat.* 3. & supremis Imperii Curiis, quæ Viennæ & Spiræ sunt, usitata ac confirmata est, *Teste prælaud. Rulant. d. cap.* 1. *num.* 2. Imò nec ipsis olim Imperatoribus atque Pontificibus penitùs incognita, *l. ult. C. de probat. l.* 29. *C. de donat. & Novel.* 8. *cap.* 8. *pr. Novell.* 49. *cap.* 2. *pr. &* §. 1. *& Novell.* 73. *cap.* 7. §. 1. *& can.* 33. *caus.* 12. *quæst.* 2. *& alibi passim.* Tum quia illa omnes omninò species sub se complectitur scripturarum, quæ docent, vel instruunt causam. Nec id novum, ut ad intimiùs declarandam rei naturam, omnisque, ut diximus, difficultatis causâ, alia nomina adjiciantur, *ceu refert Mynsing. ad Rubr. de fid. instr. n.* 9.

V. In ipso autem hôc præparatoriorum quasi limine elegans ab Interpp. movetur controversia: Num Instrumenti appellatione in statutis, etiam veniant testes, adeoq; pœna statuto imposita producendi falsum instrumentum, locum quoque habeat in producente falsum testem? Nos communiter cum Dd., quos & secuti sunt Wesemb. *in parat. h. t. num.* 1. *Treutler. vol.* 2. *disp.* 5. *th.* 1. *lit. B.* Urhius *disp.* 17. *ad process. jud. th.* 1. *num.* 1. *Myns. ad rubr. num.* 8. *x. de fid. instr. &* 1. *obs.* 5. *num.* 1. Negativam hujus, tanquam receptiorem, probabiliorem putamus. (1) Quoniam acceptio hæc instrumentorum, quorum appellatione etiam testes veniunt, videtur nimis impropria, solâque fictione juris sustineri, assseverat Mascard. *qv.* 6. *num.* 115. *de probat.* Jam verò â proprietate sermonis in dispositione Statutorum non facilè recedendum pronunciant Dd. *ad* L. 7. §. 2. *de supell. leg.* L. 25.

§. 1. & L. 69. *de legat.* 3. Quos sequitur & Gail. 2. *observ.* 80. *num.* 2. & Hahn. *ad Wesenb. par. h. t.* (2) Quòd regulariter verba statutorum à jure communi deviantium, cùm sint stricti juris, *docente Magnifico Dn. Cancellario in Thes. Locor. comm. lib.* 17. *cap.* 49. *num.* 4. ideoque proprie ac strictè accipi debeant, h. e. simpliciter & ad literam. *argum.* L. 12. §. 1. *in fin. ff. qui & à quibus manumissi liberi non fiunt. jung. pracit. Gail.* 2. *observ.* 33. Et hoc (3) propter communem loquendi usum; juxta quem sanè aliam probationem esse per testes, & aliam per instrumenta, satis ipsa experientiâ edocemur. In usu enim forensi *Illorum* probatio enunciatur vulgò ein Lebendiger: *Horum* verò ein Schrifftlicher Beweiß / oder klare Briefe und Siegel. Nec OBSTAT quòd probandi facultas non sit coangustanda, sed potius amplianda. L. 21. *in fin. C. de Haretic. & Manich.* & L. 19. *de lib. & posthum. juncta* L. 64. §. 1. *de Condit. & demonstrat.* Loquuntur enim hi texx. in genere de probatione ac interpretatione; Statutum autem de certo modo probandi, nempe per instrumenta, ubi non est eadem ratio; Ocyssimè enim, & incontinenti probatio per instrumenta fieri solet; at per testes, non nisi aliquo tractu temporis interveniente, unde probata quoque per instrumenta subindè pro liquidis habentur, locumque faciunt executioni. Vid Churfürstl. Sächsische Lands-Ordnung/ *Sub tit.* Versetzte Brieff und Siegel: *Ibi:* Es soll wieder ihn / Inhalts gegebener Brieff und Siegel/ schleunig verholffen/ und keine andere exception oder Ausflucht darwider zugelassen werden/ dann wo er beweisen wolte/daß seinem Brieff und Siegel zuvor allbereit genug geschehen &c. Cui consentit etiam *Constitut. Ducat. Brunsv. & Luneb. de anno* 1617. zu Calenberg. *D. Friderici Ulrici, ibi:* Wird auf klare Biefe und Siegel exe-

executivè verfahren / und keine andere exceptio, als solutionis, darwider nicht zugelassen ꝛc. Fallit tamen, ubi totius statuti ratio & ideinditas aliud suadet; vel in obscuro sit, quid sentiendum sit de statuto, tunc enim ex jure communi interpretationem hauriendam esse, asserit prædictus Mynsing. 1. *observ. 5. num. 4.* ceu aliquando etiam Dnn. Assessores Cameræ Spirensis Imperialis in defectu literariorum documentorum quinque idoneos & juratos testes *juxta* L. *18. C. de Testib.* non obstante hujusmodi statuto, admisisse, ulteriùs attestatur *num. 3.*

VI. Synonyma Literariorum Documentorum varia in jure occurrunt, quæ omnia hic recensere si vellemus, pagellæ, quæ succinctæ, juxta statuta Academica, disquisitionis vicem sustinere debet, in plus justo diffusiorem molem excrescerent. Sufficiat itaque hic pro instituti ratione, potiora atque usitatiora retulisse. Et quidem ratione Subiecti vocantur Instrumenta, L. *1. C. de jur. jurand. propter calumn. Nov. 44. & Nov. 73.* Monumenta L. *10. de probat.* L. 3. §. *2. de Testib.* à Materia designantur Tabellæ vel Tabulæ. L. *27. pr. de furt.* L. 4. §. *3. fam. ercisc.* L. 19. *qui testam. fac. poss.* L. *1. C. de Bonor. poss. contra tab. & tot. tit. ff. de Tab. exhib.* cujus appellationis originem & usum explicat Donell. *lib. 25. cap. 1. Com. jur. civ.* It. Codicilli. L. *7. & fin. C. de Codicillis.* Codices, L. *fin. C. h. t.* It. chartæ seu chartulæ, L. 20. L. 21. *C. Eod.* L. 13. *C. de donat.* à Forma Scripturæ L. 14. *C. h. t.* L. 16. *de donat.* L. *5. C. si cert. petat.* Literæ. L. 26. *de const. pecun.* L. 134. §. *2. de V. O.* L. 57. *de donat. inter Vir. & Uxor.* Item: Breves, Græcè Βρέβιοι h. e. compendiosæ scripturæ L. *ult. C. de conven. Fisci debit.* L. *1. C. de Exactorib. tributor. l. 10. &* L. *fin.* §. *1. in fin. C. de Appellat.* Unde & Germ. vocab. Brieffe: descendisse opinamur. In jure au-

autem feudali, Breve testatum vulgò est, der Muth-Zettel *lib. 2. feud. 32.* Pluribus consul Haimensfeld. *in Gloss. verb. Teuton.* à FINE s. EFFECTU: Cautiones. *L. 22. C. ad SCtum Vellejan.* Securitates. *L. 14. §. 1. C. de N. N. P.* It. Testationes ac Testimonia. *L. 1. de L. Cornel. de falsis.* quatenus np. in scripturam collata sunt, aliàs propriè loquendo in affirmatione testium consistunt. *L. 29. de probat.*

VII. Deinde & Metonymicè, & quidem per metonym. subjecti pro adjuncto; vel signi pro signato, appellantur Contractus, ut in *L. 17. C. h. t. Nov. 44.* Obligationes. *L. 47. §. 1. in fin. de pact. & L. 7. C. de N. N. P.* h. e. *Scripturæ obligationem, vel contractum continentes.* Germ. Eine obligation. Et hodie in idiomate nostro Germanico literaria documenta vocantur Schrifft- oder Brieffliche Urkundten / ab antiquâ particula Uhr & verbo Kundten / compositum, quod cum singulari quâdam emphasi significat, quasi multum testari, patefacere aut demonstrare. Sic parili modò dicitur: Uhr-alt h. e. perantiquum, pervetustum, vel admodum senex. Ein Uhr-Ochse / quasi bos prægrandis. Item: Uhr-Friede / quasi über-Friede / pax tutissima, vid. Land-Recht / *lib. 1. art. 8. & ibi gloss.* Et Uhr-Phedt qs. ein Eydt / so über den Eydt geschworen wird / also / daß man die Sache v. g. incarcerationem &c. nimmermehr ahnden oder rächen wollen. *vid. Besold. Thesaur. pract. in voc.* Uhrkundten. It. vocantur simpliciter Schrifften / Brieff und Siegel. Memorial, Instrument, Document, &c. *confer constitut. Maximil. 1.* von Notarien / zu Cölln *de anno 1512. in pr. vers.* aber nachdem. Alias denominationes, quæ cuique speciei conveniunt, aliis plus otii habentibus relinquimus investigandas.

VIII. Haut incommodè autem hic circa investigationem Synonymorum inter Dd. duæ Quæstiones moveri solent, Quarum prima hæc est: Utrum donatô, oppignoratô, vel alio modo ad tertium translatô documento literario, jus quoque in eo contentum, obligatum ac translatum intelligatur? Quam nos cum Wesembec. *in paratit. ff. de pignoratit. act. num. 5. & ibid. Habn. in observat. Gailio 2. Observ. 37. num. 10. & aliis pluribus.* Affirmamus *per L. 1. C. de donat. L. 2. C. Quæ res pignori oblig. poss. vel non. L. 7. C. de Remiss. pignor. junctâ* L. *18. §. 2. ff. de mort. caus. donat. cum L. fin. pr. ff. de pignorat. act. (ubi mentio fit instrumenti AUTORITATIS, quod Magnificus Dn. Cancellarius TABOR, Accuratissimus ac Ingeniosissimus Juridicarum dictionum & phrasium Indagator, in privatis suis Lectionibus ad h. tex. Documentum DOMINII, in quo jam jus quæsitum emptori continetur, interpretatus est. Confer Cicer. Orat. pro domo suâ & communem Interpretum* L. L. *XII. Tabul. Scholam ad L. 12. ex jur. priv. ubi, teste Oldendorpio, voc. autoritas, pro legitimi jure dominii exponitur; id quod obiter hic monere volui.)* Et ratio est, quia instrumentum sive Chirographum non tàm ex literis aut materiâ, h. e. tabula, cerâ, membranâ, sive chartâ, quàm ex jure ac potestate, h. e. *contentis*, æstimandum, ita ut, qui vendit istud; non modo membranam vel chartam, sed potius ipsum nomen ac debitum vendere videatur, L. *44. §. 5. & 6. de Leg. 1. & l. 59. de Leg. 3.* Nec OBSTAT, quod mancipia, vel res donatario non fuerint traditæ, sed saltem instrumentum, quod non continet in se traditionem; sed probationem saltem gesti negotii &c. Jam verò ante traditionem donatarius haut efficitur Dominus, L. *6. & fin. §. 1. de donat.* E, κλ. RESPONDEMUS enim distinguentes (1) inter Naturalem, Veram, ac Corporalem traditionem, de

qua objectio exaudienda; & Civilem, præsumtam ac fictitiam per brevem manum, ut loqui interpretes consuevêre *ad* L.*3.* §.12. *de donat. inter Vir. & Uxor.* cujus generis traditiones varias commemorant *ad* L.*77. de R. V. notante* Cujac. *lib.* 19 *Observ. cap.* 18. Et de hac superiùs adducti texx. nostri intelligi videntur. (2) inter initium, & progressum juris: Cum olim sine traditione sive verâ vel fictâ, haud valebat donatio, nisi adhibita stipulatione, qua donatarius donatorem compellere poterat ad traditionem, L. *4.* & *7.* C. *Th. de donat.* donec Gloriosissimo Imperatori nostro in L.*35.* §.*5.* C. *de don.* & §.§. *44.* & *45. de R. D.* aliud placuerit.

IX. Altera Quæstio, quæ forte sub Doctrina Effectuum commodiùs ventilari potuerat, est hæc: Num Possessio per instrumenta quoque probari possit? Nos ut brevibus expediamus, cum prælaudato Magnifico DN. Cancellario TABORE *in collegio Pandectarum inter privatos parietes habito ad Wesembec. tit de acquir. vel amitt. poss. num. 6.* Distinguendum autumamus inter ipsam possessionem; & possessionis apprehensionem: ita ut hæc; non æquè autem & illa directò instrumentis probari possit. Nisi (1) vel expressa fiat mentio in istius instrumenti tenore de ipso actu translationis possessionis, quæ in rebus soli inductio est. Vel (2) factum admodùm foret antiquum; & quæ sunt cœteræ limitationes, quas Finckelth. *observ.* 117. & Mascard. *conclus.* 1184. *de probat.* & alii passim adnotârunt. Sed nunc è diverticulo in viam revertendum.

X. Expositis itaq; iis, quæ ad ὀνοματολογίαν, seu definitionem *Nominalem* spectare videbantur, justo nunc ordine ad alteram quoque vestibuli partem, quæ *Definitionem* ac *Divisionem* exhibet *Realem*, ulterius progredimur. Variæ autem, cùm nulla in jure nostro

repe-

reperiri videtur, hinc inde à DD. traduntur. Wesembecius, ut cœteros hic taceam, definit *in suis paratit. ff. num. 1. sub fin. instrumentum* quòd sit Scriptura, à publica persona confecta, quæ sine alio adminiculo fidem facit in judicio. Quæ sanè definitio, cum uni saltem competat speciei, instrumento sc. publico, & quidem à Notario, ex conventione partium confecto, exclusis Scripturis privatis, nimis angusta, adeoq; sic strictior suo definito apparet. Generaliorem autem prælaudatus Autor *in Elaboratissimo suo ad lib. 4. C. Commentario ad hunc tit. num. 11. sub fin.* nobis exhibet, quam & nos hic tanquam priori hâc accuratiorem approbamus. Et est hæc: *Instrumentum*, sive potiùs, *Documentum literarium* est Scriptura in charta vel pergameno, ab habilibus ac idoneis personis de rebus jure permissis inter Homines verè gestis, legitimè ac ritè confecta, ad probationem, vel solennitatem, ac memoriam alicujus rei, quæ in illa continetur, valdè comparata: Vulgò: Ein Briefflich Uhrkundt / Document, oder Schrifft / dadurch die Handlung und Willen der Menschen / damit sie nicht in vergessen gesetzet / in ewiger Gedächtnis behalten und befestiget werden ꝛc. *Vid. Constit. Maximil.* von Notarien zu Cölln *de Anno 1512. in pr. vers.* aber nach dem.

XI. *Generis*, vicem hic loci subit verbulum: *Scriptura*: utpotè quæ ambitu suo non solùm publicam; sed & privatam, atque ita quælibet literaria documenta, quæ vel plenam, vel semiplenam faciunt fidem, complectitur. Deinde propterea, ut hic vis voculæ: *Literarum* sive *Literarium*: depingatur, & in hoc ab aliis probationum speciebus, quæ sine scriptura fiunt, ut sunt: testium probationes ac testimonia, item: schedulæ incisæ, ausgeschnittene Zettel. bacilli fissi: Kerbstöcke / pi-

Et denique ſubjungitur: *ad probationem ac fidem, vel ſolennitatem rei &c.* ad demonſtrandum *Effectum & Finem*, qui multiplex alicujus rei eſſe poteſt. Et ulterius: *rei alicujus, quæ in illa continetur:* ut indicetur, tenorem Inſtrumenti diligenter eſſe obſervandum, quia quod Inſtrumentum vel chirographum non cantat, nec nos cantare debemus *per ea, quæ traduntur in Barb. locupl. lib. 9. cap. 73. axiom. 1. & 14.* De quibus ſingulis cauſarum ſpeciebus inferiùs pauló prolixiùs acturi ſumus, Divinâ favente Gratiâ.

XIII. Definitionem juſtâ nunc methodo excipit DIVISIO; quæ licet in jure & à Doctoribus varia & multiplex exhibeatur, unde forſan quoque eſt, quòd Ampliſſima hæc Materia reliquas ferê omnes diverſitate nominum ſuperet; Nos tamen in præſentiarum, habitâ earum potiſſimum ratione, quæ propriè huc ſpectare videbuntur, incidentes obiter ſaltem tangendo, *Generaliſſimè* ac in univerſum diſpeſcimus ac diſtinguimus Docúmenta literaria in *Propria:* & *Impropria, vel Quaſi, ſeu Analoga;* ad ſimilitudinem Obligationum, quæ etiam aut ex verò contractu; vel quaſi: aut ex maleficiô; vel quaſi, deſcendunt. *§. ult. I. de Oblig. & t. t. ff. de præſcript. verb.* veluti aliàs quoque particula: *Quaſi:* paſſim in jure noſtro improprietatem denotat. Sic parili modô, & Feuda, in propria, & impropria diſtingui advertimus *1. feudor. 2. §. 1. Et 2. feud. 48. & 81. Conf. Wurmſer. in Tr. de Feud. Impropriis Claſſ. 2. num. 4. qui prolixum conſentientium Feudiſtarum catalogum conſcripſit.*

XIV. Et *Propria* dicimus ea, quæ naturam habent Propriam, videl. ſcripturam, teſtationem, ſubſcriptionem, ſubſignationem, & alia, quæ ad ſubſtantiam & ſolemnitatem Inſtrumenti genuini pertinent; ſicuti

 aliàs

aliàs Instrumenti s. Chirographi natura est, ut scribatur & signetur.

XV. *Impropria* verò, quæ non veram formam ac qualitatem (puta scripturam ac subsignationem &c.) proprii Documenti literarii habent; sed quod ex analogia quadam ratione Effectus, ad probandum debitum, propria imitentur: Ut sunt Schedæ incisæ ausgeschnittene Zettel / & bacilli fissi Kerbhöltzer rc. de quibus, & pluribus aliis infrà circa Affinia forte latior dicendi campus erit.

XVI. Propria autem literarum documenta ob diversitatem causarum iterum variè à DD. & Pragmaticis dividi solent; Et quidem ratione *Causæ Efficientis* sunt vel *Publica*; vel *Privata*. L. 20. *C. h. t.* L. 21. *pr. L. 23. ad L. Cornel. de fals. L. 11. vers. sin autem C. qui pot. in pign. hab. L. 5. & 6. C. de probat. Novell. 47. & 49. cap. 2.* Quædivisio nec juri Canonico prorsus incognita. *cap. 7. x. de convers. conjug. cap. 11. de præsumpt. cap. 9. de Elect. cap. 17. de Arbitr. Et cap. 26. de Testib. & alibi passim.* Illa considerantur rursus vel in *Genere*; vel in *Specie*: In *Genere*, respectu *Effectuum*, qt. nempè & privata documenta, tribus testibus subscripta, ob plenam probandi vim pro publicis haberi solent. L. 11. C. *qui pot. in pign. hab.* In *specie* verò, respectu *causæ Efficientis*, cujus intuitû *publica* saltem dici merentur, quæ ritè ac solenniter per Authenticæ personæ manum publicam, publicè exarata vel ordinata sunt, publicâque per se constant ac firmantur autoritate. *d. L. 20. C. h. t.*

XVII. Et Hæc sunt vicissim vel *merè simpliciter ac Absolutè* talia; vel *quodammodo saltem ac respectivè* talia: *Merè simpliciter* ac absolutè talia sunt, quæ κατ' ἐξοχὴν vel ab ipso Principe ac Magistratu scripta; vel in ejus præsentia, à Cancell. ac Consiliariis, aliisve, quibus spe-

specialiter Mandato ac jusso suo hujusmodi perficiendi publici Documenti potestatem comisit, confecta sunt; *arg. L. 9. §. 1. de R. D.* ab ipso Principe verò ac Magistratu subscripta ac subsignata. Vel *brevius:* Quæ autoritate Principis, sive Magistratus, ac judicis sunt munita. Cujusmodi sunt omnia literaria Documenta apud Magistratum extantia, sive sint *Literæ; Libri,* vel *Acta.* Quam varii autem generis sint hæ *Literæ* ac *Libri,* videri potest apud Rutg. Rulant *part. 2. lib. 5. c. 6.* ACTORUM autem nomine hic continetur quicquid autoritate judicis factum est in judicio, vel alibi quocunque in loco in figura judicii, *L. 4. §. 1. in fin. ff. de interrog. in jur. fac.* Ut sunt (1) ipsa judiciorum gesta, actaque Processus, quæ etiam dicuntur scripta s. volumina gestorum. L. *39. §. 1. in fin. C. de Apellat.* in quæ, videl. res gestæ in judicio rediguntur ab officiali cum designatione temporis & loci ad perpetuam rei gestæ fidem constituendam. *L. fin.* C. de *Re judic.* L. 2. C. *de Edendo.* L. 30. L 31. *de donat.* (2) Confessiones judiciales apud Acta factæ. *per t. jam. d. t. de interrogat. junct.* L. 25. *in fin. ad* L. *Aquil.* & L. *un.* C. *de Confessis.* (3) Sententia, quæ in rem judicatam transiit; quæ omnino paratam executionem habere debet, ne evadat inanis & frustratoria, & per eam judicia reddantur elusoria. L. 2. & *t. t. c. de Execut. rei judicatæ,* Confer. *Ordin. Cam. part. 3. tit. 48.* Et denique (4) omnia cætera acta, s. gesta judicialia, tam Civilia, quàm criminalia, L. 2. C. *de Edendo.* Sive sint jurisdictionis contentiosæ, sive voluntariæ, h. e quando privati scripta sua offerunt Principi, vel Magistratui confirmanda. L. 19. C. *de Testam. cujus perdifficilis textus exquisitissimè elaboratam expositionem & Analyticam, & syntheticam, videsis apud Illustrem Dn. TABOREM,* JCtum *in Analytica Jurisprudentia hodiè sine PARI, in Aureo*

 tra-

tractatu suo de Testamento Principi aut Comiti *oblato.* Publicis autem accensentur, (1) ratione causæ Efficientis, nempe Tabellionis s. Officialis ac Actuarii, qui est persona publica (2) ratione Loci, quia fiunt in loco judicii, qui est publicus. (3) coram judice, personâ itidem publica, cujus autoritate in publicam formam redigi solent.

XVIII. Huic autem speciei (discursu de l. 1. Constitutionibus Principum, ut & eorundem Edictis, Mandatis, Privilegiis &c. ad jus publicum remissô, de quibus post Reinking. *de Regim. Secul. & Ecclesiast.* omnium accuratissimè solidissimeque more suo præfatus Magnificus Dn. Cancellarius TABOR *in prælect. public. super Otton. de jur. publ.*) Autore Wesembecio *in Paratit. ff. h. t. num. 2. & ibi Habn.* Subjicimus quoque (1) Scripturas, Principis, s. Magistratus Municipalis alicujus civitatis, ut & Universitatis, aut collegii alicujus approbati &c. sigillô authentico corroboratas. *cap. 2. x. h. t. & cap. 5. & 7. x. de probat.* (2) Scripturas quaslibet ex Archivo publico, cui antea ritè illatæ sunt, depromptas ac productas, licèt in se privatæ sint, *per auth. ad hac Versic. Item.* C. *h. t. junct.* l. *45. §. 7. de jur. Fisci.* Pro publicis autem reputantur, inspectâ ratione, quod fiunt ab *Officiali* publicitùs ad id constituto, & producuntur ex loco Archivi, qui censetur authenticus, cujus etiam naturam deinde assumunt *asserente Dn. Rutg. Rul. part. 2. lib. 5. cap. 8. num. 1. de commissar. & commission. & Beust. ad* l. *admonendi. num. 840. de jur. juran.* Archivum autem hic loci nihil aliud est, quàm locus sive receptaculum, ac Scrinium, in quo Scripturæ monumenta & Acta Principis ac Civitatis reponi solent, ut ibi reserventur sub custodia Archiotæ, h. e. archivi Præfecti ac custodis. *L. ult. §. 10. de muner. & Honor.*

& Novell. 15. cap. 5. §. 2. Cæterum, quomodo aliter appellari soleat, & quibus competat Archivum? It. quam varii generis s. speciei sit? &c. *vide Nobilissimum atque Consultissimum Ahasverum Fritschium, J.U. D. & Consiliarium Schwarzburgicum, Affinem atque Fautorem meum summopere colendum, in perelegants tractatulo suo, quem haut ita pridem typis evulgavit, de Jure Archivi, & Cancellariæ per tot.* Et denique (3) Scripturas, quæ apud Magistratum, vel Acta fiunt ac insinuantur, *L. 31. C. de don.* & postea petentibus partibus Magistratus autoritate publicantur. *L. 2. C. de Testamentis, & L. 19. eod. Bachov. ad Wesemb. paratit. h. t. n. 2. lit. E. ferè in fin. & Hahn. ad eund. num. 2. juncto C. L. d. th. 3. ad hunc t. num. 1.* Quæ documenta etiam Doctoribus *Teste Wesembecio nostro cit. loc.* ratione loci, judicialia, vel instrumenta judicum appellantur. *Vid. C. L. A. d. l.*

XIX. *Quodammodò* autem sive *respectivè* ac *secundum quid* PUBLICA documenta literaria sunt: (I) SCRIPTURÆ ac LIBRI *Officialium publicorum* extra Archivum, vel curiam versantium, v. g. Administratores Reip. &c. ut sunt Syndici, Camerarii Civitatis. It. Thesaurarii, Quæstores, Campsores &c. quorum libri Rationum, v. g. censuum, tributorum, Collectarum, Gabellarum, aliarumque publicarum exactionum &c. regulariter ad scribendum, acceptandum, & expendendum ordinati sunt. Quibus annumerari aliis quoque solent Libri Collegiorum, vel Tribuum, quos vulgò Zunfft-Bücher vocant; qui licèt propriè publici dici nequeant, cùm ex privatis personis hæc corpora vel collegia constent; quia tamen hujusmodi sunt, ut potentiâ singuli Senatores existant, velut Aquisgrani, Coloniæ, & alibi, ex iis Senatores eligi, moris esse perhibet Rulant, *part. 2. lib. 5. cap. 10. num. ult. de commissar. & Commiss.*

 Ideo-

Ideoque & quasi publicam videntur constituere personam, eorumque libri produci posse in vim probandi, *ceu in causa* Eschenau *contra* Hagenau *simplicis querelæ factum fuisse idem Autor cit. num. ult. in fin. attestatur.* Et quanquam prædicti hi libri maxima ex parte cum Libris Magistratuum convenire videntur, tamen rei veritate penitiùs inspectâ, eos utique discrepare ac differre à Libris Magistratuum deprehendimus; Hi enim (1) sunt judiciales; Illi, np. Officialium, sunt Extrajudiciales. (2.) Hi, nim. Magistratuum, sunt *merè* ac *absolutè* Publici, adeoque perpetuæ ac inconcussæ fidei, ita ut vix audiatur probatio in contrarium. *L. 30. & L. ult. C. de donat. junctâ L. 10. ff. de probat. & quæ dicturi sumus infra in th. 68.* Illi Officialium verò, *Quasi* vel *quodammodo* saltem *PUBLICI*, adeoque longè facilius, quàm Principis ipsius, sive Magistratuum Edicta & Mandata, contraria probatione oppugnari possunt, cùm non nisi in iis, quæ ad Officium eorum publicè demandatum spectant, illis Fides adhiberi soleat. (II) Instrumenta per *Notarium publicum*, requisitum ad hoc, in forma solenni & probante facta, *L. 17. C. h. t. & Novell. 44. pr.* Quæ alias etiam *Extra judicialia*, aut *Forensia*, dicuntur. *L. 20. C. h. t.* Græcè *ἀγοραῖα*, non *δημόσια* appellantur *Nov. 73. cap. 7. Nov. 117. cap. 2. & Nov. 142. cap. 2.* fortè, quod publicis Tabellionibus in foro locus erat, ut esset semper parata eorum opera iis, qui desiderarent tabulas Rittershus. *ad Nov. part. 4. c. 24. n. 30.* Quasi autem vel *Quodammodo* Publica insigniuntur ipsorum Instrumenta, non; quòd ratione causæ Efficientis non sint publica; ut vult Treutler. *volum. 2. disput. 5. th. 1. lit. D.* sibimetipsi tamen contrarius *in subseqv. th. 2. lit. B.* ubi Notarios personas Authenticas vocat, & quidem autoritate

Cæ-

Cæsareâ brevio examine, per Comites Palatinos creatas &c. Jam verò Persona refertur inter causam Efficientem. E consequenter etiam, ratione causæ Efficientis ipsorum instrumenta publica erunt, *per ea, quæ edisserit Bachov. d. l. ad præcitatum Autorem;* verùm quòd respectu Effectus, cùm mutuatâ quâdam autoritate suffulciantur, fidemquidem publicam faciant, sed non tantam, ac omni exceptione majorem, quantam sustinent ac operantur literarum documenta ab ipsò Principe aut Magistratu confecta aut subsignata; Sicuti enim Princeps ac Magistratus gradu & dignitate, autoritateque Notariùm longe antecellit; ita & Eorundèm documenta Notariorum instrumentis fide & autoritate præpollere debent. In quo præcipuè etiam inter se differre videntur.

XXI. Hucusque dè prima specie, np. dè *PUBLICIS* literarum Documentis, succedit nunc altera, np. de *PRIVATIS*, quæ ut plurimùm generali nomine: *Scripturarum* f. *Literarum* efferuntur; aliàs domesticæ & privatæ testationes ac annotationes dictæ, *per* L. 5. *&* L. 7. *C. de Probat.* Et sunt, quæ non à publica, sed privata quapiam persona conficiuntur, subscribuntur; ac sigillantur, & per se valdè exilem, aut planè nullam autoritatem habent; licèt vel maximè quoque manu tabularii ac Notarii; (non adhibitis tamen requisitis solemnibus) confecta sint; *d.* L. 5. *&* 7. *C. de probat. &* Nov. 73. *cap.* 8. Sed vel ex solius scribentis scriptione robur suum acquirunt, ceu inprimis de testamento Patris inter liberos conditô constàre videtur, quod valère dicitur in L. 21. §. 1. *& subseqv. Auth. Quod sine C. de Testam.* modò de ipsius manu, sive scripturâ constet. Dispescuntur autem in *simpliciter* ac merè PRIVATA & MIXTA. Quorum HÆC, intervenientibus ami-

amicis & propinquis, à privatis conficiuntur, & unà cum tribus ad minimum ex iis rogatis testibus subscribuntur ac sigillantur à contrahentibus. L. *11.* C. *qui pot. in pign:* MIXTA autem dicuntur indè, quod ratione subscribentium sint quidem privata, ratione *Effectuum* verò, cùm ad instar publicorum instrumentorum plenam vim probandi obtinent, pro publicis habeantur. *d.* L. II. *& Gipb. in Comm. C. ad eam.* ILLA autem fiunt à privatis, nullis aliis adminiculis accedentibus *per sæpiùs jam cit.* L. 5. *&* L. 7. *C. de probat.* Et Hæ *merè privatæ Scripturæ* iterum communiter DD. subdistinguuntur in *Schedulas*, *Literas & Libros.* Vel accuratiùs: *Juxta Laudatissimum Magnificum DN. Cancellarium TABOREM, JCtum hâc in arte ingeniosissimum & ferè incomparabilem ad C. I. A, th. 3, n. 1. in fin.* quod HÆ considerari possint, quatenus videlicet earum alia contineat vel *descriptionem:* eamque vel *Rerum:* vel *Testium: Rerum:* ut sunt: Inventaria L. 1. §. *ult. de jur. dot.* Divisiones hæreditatum, vulgò: Erbsonderung oder Theil-Register. *Testium:* ut sunt: testationes sive testimonialia ac attestata. ta. *d.* L. 5. *C. de probat.* Vel *Actum* aliquem: *qui* vel *maneat* apud *scribentem:* sive sit *simplex;* continens vel obligationem modò, vel liberationem saltem; sive *Mixta*, continens & acceptionem & liberationem, h.e. & accepta & expensa, ut sunt: Libri rationum, confecti vel ratione singularis conditionis de re singulari nobis propriâ, ut sunt Libri rationum Societatis, Mercatorum &c. vel ratione administrationis rerum alienarum, ut Libri Tutorum, Curatorum, Institutorum, Præpositorum &c. vel de vulgaribus acceptis & expensis, privatæ saltem memoriæ causâ, ut sunt: Calendaria, Breviaria, Diaria, Memorabilia seu Adversaria, & similia, vulgò: Privat-Register. *d. L. 5. 6. & 7. C. de prob.*

Vel

Vel *traditur alteri*, & continet aut *Obligationem*, & dicitur *Syngrapha*, *Chirographum*, *Epistola*, *Cautio &c.* vulgò: Handschrifften / Handvesten / Bekandnüsse / Schuldbriefe / Schriftliche Scheine ꝛc. Aut *solutionem* sive liberationem: eamque vel in gratiam *Debitoris*; ut *Apocha*: vel in gratiam *Creditoris*, ut *Antapocha*. De quorum differentiis specificis in subsequenti Thesi ulterius dicetur.

XXI. Et *Chirographi* vocabulum quod concernit, sciendum, illud diversimodè in jure nostro reperiri ac accipi. Et quidem vel *Generaliter*; vel *Specialiter*: *Generaliter*, quatenùs in latissimô suo significatû quamlibet manu alicujus confectam complectatur scripturam, ita ut & literæ commendatitiæ dicantur chirographa *per c. 1. & c. 2. distinct. 98.* Item & attestationes testium; *per c. 2. vers. & licet. distinct. 22. & per L. pen. ff. qui testam. fac. poss.* *Specialiter*; prout rursus sumitur vel *Propriè*; vel *Impropriè*: *Propriè* iterum vel *strictè*, vel *strictissimè*. *Strictè* pro scripturâ, quam quis sua manu in sui emittit præjudicium, comprehendente & Apocham & antapocham, *L. ult. C. si cert. petat. L. 57. de administrat. & pericul. tutor. & tot. tit. C. Etiam ob chirographar. pecun. pign. teneri posse.* *Strictissime* autem ac in specialissima sua acceptione describitur, Scriptura privata, quâ debitor confitetur, se quid ex certâ causâ, v. g. ex mutuô, Empr. vendit. &c. alii debere; vulgò eine Schuldverschreibung / Schuldbrief. Et in hac significatione distinguitur (1.) ab *Apochâ & antapochâ*, quæ non contractum, sed solutum probant debitum. (2.) à *Syngrapha*, quæ inter plures paciscentes in rei fidem conscribitur. *vid. Nobiliss. Dn. Struv. Doctor ac Fautor olim meus summoperè devenerandus, in Exercitat. 28. th. 23.* *Impropriè*: & quidem (1.) *Metaphoricè* ut in L. 41. *ad L. Aquil.* ubi testamentum

D chi-

chirographum quoque dicitur. Et *Coloss. 2. vers. 14.* ubi LL. & decreta V. T. Apostolus chirographum vocavit. *vid. Luc. Osiand. ad d. cap. 2.* (2.) *Metonymice*, & quidem per Meton. subjecti, pro tabulis sive chartâ ac membrana chirographi L. 84. §. *7. de Legat. 1. junct. L. 14. C. de solut.* Deindè pro re, sive ipso debito, seu potius pro obligatione & Actione, quæ chirographo designatur L. 44. §. *5. de Legat. 1. & L. 39. de Legat. 3.* Et denique (3.) *Abusive* pro eo, quod jam est inane, debito scil. soluto, L. *28. de mort. caus. donat. cum L. 27. pr. de furt.* Et tantum de chirographo.

XXII. APOCHA, Græcè ἀποχὴ ἀπὸ τοῦ ἀπέχειν, quod recipere significat; hinc Latinè *Receptio*, vulgò: *Quitantia*, Quittanß/ Quittung/ à Gallicô *Quitter*, i. e. liberare; vel à *quiete*, quod debitorem quietum reddat, dicitur, quæ à creditore Debitori datur, in quâ sibi à debitore solutionem factam fuisse profitetur; Et ANTAPOCHA, quasi contraria Apocha, quæ manu debitoris est conscripta & creditori traditur à debitore, quâ fatetur, se accepisse jam pecuniam vel aliam rem creditam à creditore. L. 14. *C. h. t.* vulgò ein Rückschein/Gegenbekäntnüß *&c.* Et sic differunt in hôc; quòd in *hac* debitor caveat creditori; in *illa* creditor debitori de factâ pecuniæ solutione, vel rei præstatione.

XXI. *Literæ* sive *Epistolæ*, vulgò gemeine Sendschreiben/ sunt scripturæ, quibus absenti, vel quasi, quis mentis suæ intentionem aperit ac declarat. Quam descriptionem & Cicero *ad Q. Fratr. lib. 1. Epist. C.* confirmare videtur, dum inquit: *Illud est Epistolæ proprium, ut is, ad quem scribitur, de his rebus, quas ignorat, certior fiat &c.* Et harum quoque dantur variæ ratione formularum: Aliis enim *formulis* utimur in *Testimonialibus*, uti sunt Martyremata Academica & Scholastica, quæ probitatis,

tis ac profectûs testimonium continent. Quò referuntur etiam vulgò die Lehrbriefe/ und Kundschaften sein es Verhaltens &c. *aliis,* in *Credentiis,* Credentzschreiben/ quibus volumus ac petimus, ut alicui fides habetur de negotio expediendo &c. *aliis,* in *promotorialibus,* in Vorschrifften/& *aliis,* in *dimissorialibus,* vulgò Loßbrieffe über Leibeigenschafft/ *&c.* de quibus, & pluribus aliis confer Jacob. Bornit. *de Instrumentis lib. 2. cap. 42. per totum. & Besold. Thesaur. Pract. in voc.* Handschrifft.

XXIV. Ratione FORMÆ & quidem *Substantialis:* in AUTHENTICA sive *Originalia;* & Authenticorum ac Originalium EXEMPLA. L. 3. *C. de divers. Rescript. L. 2. ff. & L. 17. C. ut & cap. 1. X. h. t. junct. L. ult. quemadm. testam. aperiant. cum L. 8. ff. fam. ercisc.* AUTHENTICUM seu Originale est primitiva illa instrumenti scriptura, quæ solenniter ac ritè ex *Protocollo* cum præfationibus & clausulis suis consuetis extenditur ac in mundum redigitur; *d. L 17. C. h. t.* adeoque sic quasi origo istius actus omniumque exemplarium, quæ inde transumuntur. Germanice: Das Reine/ das Original, der Hauptbrief/ oder Hauptverschreibung. Dicitur autem Authenticum à Græcô verbô αὐθεντεῖν, quod Latinè: Autorare, (vel: ut Matth. Stephan. *ad Novell. Justinian. in præm. n. 29.* vult, pro autoritate loqui:) significat, ita ut αὐθεντικὸν Latine idem sit, ac autoratum, seu autoritate factum, h. e. quod á seipsô certæ atque indubitatæ fidei est, ut aliunde accersitis probationibus haut quaquam indigeat, cùm ab autoritate valentibus & conspicuis profectum sit; Unde forsan & *Accursius* Gloriosissimi Imperatoris nostri Justiniani constitutiones postremas, (quas cum jam citato Autore totius juris nostri communis colophonem, ac corollarium, si mavis, haut ineptè appellaveris) hâc ex ratione Authenticas

ticas nominavit, non tam, quòd ex ipso Græco Originali ad literam fidelissimè in Latinam versionem translatæ fuerint; quàm quod jus earum lautatissimus Imperator ratum esse voluerit, nec ambiguum, nihilque jam exoticum ad suam firmitatem desideravit, utpote à se Autore quoddam velut Apollinis oraculum protectum. *Sed hæc obiter.* EXEMPLUM autem dicitur; quod ex Authentico seu originali vel per totum, h. e. de verbo ad verbum; vel pro parte saltem, respectu unius vel alterius capitis, descriptum ac transsumptum est. Et est vel *simplex*, quæ aliàs exemplatio vel copia, vulgò Copey oder Abschrifft dicitur. Aliàs copiam dare ac facere, idem videtur atque inspiciendi describendive potestatem concedere, *L. 10. §. 2. de Edendo.* Vel *Collationatum* & quidem vel ab ipso Notario, qui & Originale confecit; vel ab Actuario, autoritate judiciali; quod transsumtum, sive *vidimus*, i. e. vidimata copia, vulgò wahre vidimirte Abschrifft appellatur. Nec obstat *L. 10. ff. testamenta quemadm. aper.* ubi ipsum Authenticum ab Ulpiano exemplarium nominatur; conciliat enim hanc *d. L. 10. cum L. 12. d. t.* Rittershus. *ad Novell. cap. 1. in proœm. n. 11. & 12.* confer. Gilhaus. *in Arb. jud. civ. cap. 6. part. 3. de instrum. num. 29.*

XXV. Ratione FORMÆ *Accidentalis:* distinguuntur in *Perfecta;* & *Imperfecta;* h. e. *in primam Notam*, sive *schedam*, vulgò Imbreviaturam; & *Protocollum.* L. 17. *C. h. t.* ILLA est quasi prima conjectio informis, in qua prima quasi Elementa, h. e. præcipua saltem capita voluntatum testantium aut contrahentium, super quibus instrumentum conficiendum, summariter memoriæ causâ concipiuntur ac adnotantur, *argum. L. 1. de R. I. junct. Rubr. & tot. tit. C. de sentent. ex pericul. recitand.* (Ubi Alii pro *periculo*, legunt, *breviculo*; Pacius

au-

autem aliique ab eô allegati *in Analysi sua Cod. h. t.* & Cujac. *5. observ. 25.* hanc lectionem tanquam genuinam ex antiquis manuscriptis retinent & vocul. *periculum:* per *libellum* sive *indicem:* exponunt; Nam quod summatim & ταχυμερῶς exponitur, inquit hic, id proverbiali sermone quasi per indicem exponi dicitur, citans §. *ult. I. de publ. judic.* & *L. 1. §. 12. C. de V. I. E.)* Ita ut nihil aliud sit, quàm ex latiori scriptura brevis subnotatio quædam. Vel succinctiùs: Summaria Authentici sententia. Vulgariter: Ein Außzug. Extract, oder Memorial &c. Et differt ab Exemplô *in L. 2. h. t.* quod Id ex integrô Authentico totum sit exscriptum. *vid. C. I. A. th. 3. n. 3.* Hoc verò, nempe Protocollum, (quod Nominatissimus Dn. Cancellarius Tabor, JCtus consummatissimus *ad jam cit. C. I. A. th. 18. n. 3.* à voce κόλλα. Latinè gluten, quasi sit conglutinatio seu concinnatio prima: Vel à κῶλον, quod membrum sit primum scripturæ, deducit,) Est Ordinarius officii liber, in quô Notarius, & Personæ Publicæ contractus, aliosque Actus perfectos ac completos in suis substantialibus, cum assignatione testium, Loci & temporis &c. designant; ad similitudinem boni ac industrii Patrisfamiliâs, qui pariter Rationes, sive debita ac credita sua primùm in Anniversariis annotare, deindè ex iis in Codicem transcribere solet. Matth. Stephan. *in Comment. ad Novell. 44. n. 75.* *vid.* & *Wesemb. in comm. lib. 4. C. h. t. n. 30.* & *Covarruv. 1. Practic. Quæst. 11. n. 2.* & *3.* Vocatur aliàs etiam Autographum, Archetypus, Liber Rogationum, Regestum, Manuale; Item Matrix Originalis, ex quâ nempe postea solenne Instrumentum in mundum transscribitur, & ad quam instrumenta hæc, orto de iis dubio, revocantur. Vulgò das Concept/ so noch nicht in das reine gebracht. *vid. constit. Maximil. I. de Anno 1512.* zu Cöln/

 de

de Notariis. §. Förder befehlen wir/&c. *junct.* §. damit. & §. und soll solchen *& seqq.*

XXVI. Ratione MATERIÆ seu *Objecti:* Literariorum Documentorum aliud est *Privilegiarium*, v.g. Exemptionale, quo quis jurisdictioni alicujus eximitur. *cap. 7. cap. 12. & cap. 14. X. de Privileg.* Immunitatis, quâ quis ab omnibus muneribus ac oneribus e.c. tributis, vectigalibus &c. præstandis ac subeundis liber ac immunis declaratur. *per L. unic. C. de His, qui à Principe vacat. acceper.* Aliud *Testamentarium. L. 24. C. de Testament.* Et aliud *Conventionale*, v.c. Emptionis venditionis *L. 20. C. de probat.* Dotis *L. fin. C. de dot. caut. non numer.* Transactionum *L. 38. C. de transact.* Donationum, aliarumque alienationum. De quibus & multis aliis negotiis, tot confici possunt scripturæ ac instrumenta, quot modò obligationum, ac contractuum inveniuntur species: Quò spectat & Procuratorium. *L. 65. de Procurat.* Tutorium ac Curatorium. *L. ult. §. 4. C. de Administrat. tutor.* Protestatorium & Denunciatorium *cap. 41. X. de test. & attestat. &c.* confer. Wesemb. *in com. C. ad L. 4. h. t. num. 33.*

XXVII. Respectu *utriusque*, nempe *Materiæ* & *Formæ:* Aliud est aut VERUM; aut FALSUM *cap. 7. X. de fid. instrum.* aut SIMULATUM. L. 18. & L. 24. *C. de Probat.* aut SUSPECTUM L. 3. *& t. t. ff. de His quæ in testam. delentur, induc. vel inscrib.* Aliud CERTUM; aut DUBIUM *cap. 8. X. d. t.* vel CALUMNIOSUM L. 2. *ff. eôd.* Aliud OBSCURUM, vel sibi CONTRARIUM &c. *cap. 6. vers. instrumentum. & cap. 10. X. h. t.* De quibus infrà de contrariis nobis commodior dicendi locus erit.

XXVIII. Quoad *causam instrumentalem:* Aut est Instrumentum s. chirographum Ἀυτόχειρον sive ὁλόγραφον, quod totum propriâ manu conscriptum est: Aut

ἰπεγὶ χειρογ, quod vel omninò per alium ſcriptum; aut partim manu propriâ, partim per alium; ut: cùm Teſtator tantummodò nomen Heredis ſcribit in Teſtamento juxta præſcriptum *L.29. C. de Teſtam.* Id quod tamen Teſtator jure *Novell.* non ampliùs tàm præcisè obſervare tenetur, ſed per alium quoque, etiam ſi literas noverit, id facere poteſt, *per Novell. 66. cap. 1. §. 4. & Novell. 119. cap. 9.* modò in extrema parte, vel ſi lubet, ſingulis teſtamenti paginis ſe ſubſcribat. *vid. C. 1. A. th. 3. num. 4. h. t.*

XXIX. A *cauſa impulſiva*: Quoddam Inſtrumentum eſt Obreptitium, allegatâ falſitate confectum. *cap. 7. verſ. per falſitatem X. h. t.* Quoddam Subreptitium, tacitè productum *d. cap. 7. verſ. per ſuppreſſionem &c. X. d. t. juncta. L. 20. de probat.* Et hujusmodi non probant, niſi contra eum, qui producit. *Weſemb. in C. C. ad lib. 4. h. t. alleg. Gravett. conſil. 200. num. 6.*

XXX. Ratione *Cauſæ Finalis*: Inſtrumentum fit (1) vel ſolennitatis causâ; ut in teſtamento ſolenni; L.21. C. *de teſtam.* vel facilioris probationis gratiâ; ut in conventionibus L.4. *h. t.* & L. 4. *de pignor. & hypoth. Weſemb. in paratit. h. t. num. 6. Treutl. vol. 2. diſp. 5. th. 5. lit. A.* (2) Aut eſt Principale, aut Confirmatorium; aut Acceſſorium *cap. 6. in fin. X. h. t. cap. 4. cap. 8. cum ſeq. X. de confirm. utili.* (3) Aliud Referens; aliud Relatum, quod illo contineri cenſetur L.77. *de Hered. inſtituend.* ita, ut non probet referens, niſi probè conſtet prius de Relato, utpote à quo omnis pendet Referentis autoritas. L.38. *& ibi Gloſſ. ac DD. de condit. & demonſtrat. cum Auth. ſi quis in aliquo. C. de Edendo ex Novell. 119. cap. 3. deſumpta.* confer Mynſing. 6. *Obſervat. 72.* & Coler. *part. 3. cap. 1. num. 56. de Proceſſ. Executiv.*

XXXI.

XXXI. Ab Effectu, & quidem *Primò:* Quòd alia literarum documenta Magis; alia minùs probent. L. 20. *C. h. t.* L. 11. *C. qui potior. in pign.* & L. 10. *ff. de prob.* Ab Orto: in Guarendigionata ac Executorialia. L. *ult. C. de Edict. D. Hadr. toll.* Vocantur Guarentigiata forsan à *Guardia*, quod Tuscis & Lombardis custodia ac securitas est, qua per talia instrumenta pleniùs custodiuntur ac observantur pacta, magisque in tuto constituitur creditor, sciens, quòd in casu non servatæ fidei, habeat in continenti paratam executionem absque omni ulteriori Processu judiciario. Alii dici volunt Guarendigionata à voc. Gall. *Guarendie*, quod Petr. Frid. Mindan. *lib. 2. cap. 69. num. 12. de Mandat.* Evictionis præstationem interpretatur, à quo etiam Germanicum nostrum: Gewehren: originem suam duxisse refert; à *firmitate*, quòd videlicet hujusmodi instrumento præcisè stetur, idque duplici firmitatis argumento confessione scil. ipsius debitoris, & attestatione, fide ac Legalitate Notarii. Sicuti & *Guarentare* nihil aliud denotat, quàm validare, confirmare, vel sufficienter cavere, ac plenè securum reddere: Germanicè: Einen recht vollkömlich und genugsam versichern &c. ita ut Instrumenta *Guarendigionata* sint, quasi obsides securitatis, h. e. cautiones adversus omnem versutiam, fraudem dolumve Debitoris publicâ Notarii autoritate corroboratæ. Dicuntur aliàs Latinè confessata, Liquida, Verificata, ac Recognita; vulgò klare Brieff und Siegel. *vid. constitut. Elect. Sax. Aug. sub dict. tit.*

XXXII. Ab *Accidentis:* Et quidem ratione Loci: Aliud instrumentum conficitur in Urbe; aliud in Rure L. *ult. C. de Testam. junct. Novell. 73. cap. 8. in fin.* & *cap. ult.* & *ad eam Matth. Stephan. num. 15.* & *16.* (2) Ratione

Tem-

Temporis: quo aliud est Antiquum ac pervetustum, quod facit antiquitate sua, ut omnia solenniter acta seu gesta præsumantur L. 1. §. *ult.* & L. 2. *de aqua & aquæ pluv. arcend.*; aliud Novum ac Recens. Vel quod eodem recidit: Aliud Prius, & aliud Posterius, quod semper antistat priori. Deinde aliud Primum; aliud deductum ex primo. *cap. ult. X. h. t.* Quo casu regulariter primum præponderat extracto *vid. th. 24.* Vel (3) ratione *Numeri:* Cujus ratione Instrumentum aut Unicum est ac singulare, quod tamen multorum capitum atque diversarum rerum esse potest. *cap. 5. X. h. t.* Aut Plura sunt: *afferente Montan. Fin. regund. cap. 60. num. 9. & 13.* Et Hæc sunt aut Concordantia, aut Diversa & Contraria: Quæ concordant, eò majorem quoque fidem ac autoritatem afferunt; Diversa autem diversum etiam sortiuntur effectum, nec aliud ex alio infertur; Veluti solennia unius scripturæ non intelliguntur repetita in altera, si non appareant. Wesemb. *in Comment.* C. L. *4. h. t. num. 26.* Unicum verò illud, iterum est vel commune pluribus, vel uni competens. L. 10. C. *si cert. petat.* L. 7. C *de Edend.* & L. 11. *de S. P. R.*

XXXIII. Dicuntur autem Instrumenta COMMUNIA variis modis: (1) quoad proprietatem chartæ, ut sunt instrumenta hereditaria inter cohæredes, vel pluribus legata aut donata &c. (2) Quoad materiam, contractus nimirum in eis descriptos, qui communem utilitatem continere dicuntur; qualia sunt documenta, Emt. Vendit. Locat. conduct. Societatis &c. (3) Quæ ex natura negotii fiunt pro cautione plurium, ut sunt: Rationes & documenta Tutorum, Curatorum, Negotior. gestoris, Procuratorum & Sociorum &c. (4) Ratione publici officii,

tàm respectu conficientis rationes vel instrumenta, ut argentarius, & tabellio; quàm respectu personæ publicæ custodientis, ut sunt: Libri Censuales, in publico archivo custoditi; vel denique respectu personæ authorizantis, ut est judex, coram quo fiunt Acta, & quæ his sunt similia. Et denique (5) respectu Boni publici: ut sunt: statuta, ordinationes *&c.* Quæ publica sunt, adeoque omnibus æquè communia; prout latiùs deduxit. Rulant. *part. 2. lib. 5. cap. 19. num. 6. de commissar. & com.*

XXXIV. Absolutâ sic tractatione Generali, nunc Regiâ quasi viâ ad specialiorem illabimur; Quam in SE; & suis AFFINIBUS perpendemus. In SE considerabimus: & Consentanea & Dissentanea. Consentaneorum nomine veniunt & CAUSÆ & EFFECTUS: Causarum autem aliæ sunt Externæ; aliæ Internæ. Externæ sunt Efficiens, & FINIS: Internæ: Materia & Forma.

XXXV. Causa EFFICIENS iterum est vel *Remota:* vel *Propinqua;* vel *Proxima:* Quoad REMOTAM, ratione scil. Originis, dicimus, Literaria documenta esse juris *Gentium*, utpote quo inventa esse perhibentur, ceu vel ex ipsis quoq; sacris Literis liquere videtur. Nempè Esdr. *cap. 1. vers. 1. in fin. junct. cap. 4. vers. 7. & 8. vers. 17. & 18. & cap. 7. vers. 11.* planissimè autem *Jerem. cap. 32. vers. 10. & 11. & alibi passim.* præcipuè verò *Exod. cap. 31. vers. ult. & cap. 32. vers. 16. cum cap. 34. vers. 1.* ubi ipsummet JEHOVAM, DEUM, Ter-Optimum Ter-Maximum in Monte Sinai digito suo Divino Decalogum in tabulis lapideis conscripsisse edocemur. Nec desunt, qui scripturarum originem vel ab ipso communi Generis Humani Parente, Adamo, propter reliquias primævæ Naturæ puriores, scientissimo, ac Sapientissimo, ad posteros propagatam, opinentur; veluti de posteris Adami,

quod Parentis pariter ac ſua inventa binis columnis, lateratitiæ & lapideæ, duraturæ memoriæ causâ inſcripſerint, expreſſè refert *ex Ioſepho* 1. *Antiquit.* 4. Polyd. Vergil. 1. *de Inventorib. rer. cap.* 6. *Vid. Jacob Bornit. lib.* 1. *cap.* 5. *de Inſtrum.* Ratione Progreſſionis verò, h. e. Informationis ac Confirmationis, qualis nempè ſcriptura in quolibet negotio ad probationem ſit idonea ac ſufficiens, dicimus eſſe juris *civilis*, addendo nimirùm vel detrahendo aliquid juri Naturali ac Gentium. L. 6. *de j. & j.* adeò ut hodiè in confectione Inſtrumentorum præprimis Statuta ac conſuetudines Locorum, quid inibi obſervantiæ ac ſtyli ſit, attendi debeant. L. 9. & L. *ult. C. de Teſtam. junctâ* L. 1. C. *de Emancipat. & hodiè conſtitut Maximil I.* von Notarien / §. 1. *verſ.* Deßgleichen nach Inhalt gemeiner Rechten / oder löblicher Gewohnheit und Gebrauch eines jeden Orts eingeführt und verſehen iſt &c. Non enim minorem vim atque autoritatem habent, quàm ipſe LL. L. 32. de LL. & L. 2. C. *quæ ſit longa conſuetudo*, ita ut Statuto ac conſuetudine Inſtrumentum fieri poſſit Authenticum & Executivum, quod anteà non erat authenticum & executivum, *teſte Gail.* 1. *obſerv.* 119. *num.* 4. *per cap.* 3. *X. h. t. & Coler. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 57. & 210. *de Proceſſ. Execut.*

XXXVI. Quoad Propinquam: Literaria Documenta liberæ voluntatis eſſe, h. e. unanimi partium conſenſu confici dicuntur, L. 17. L. 19. C. *h. t.* & L. 4. *de pignorib.* Quanquam interdum quoque Neceſſitatis fieri ſolent, ut, cùm vel *Lex*, vel judex ſcripturam fieri mandaverit, *cap. pen. x. h. t. cap.* 1. *de cenſib. in 6to cum cap.* 11. *x. de probat. Weſemb. parat h. t. num.* 3. & *C. I. A. h. t. th.* 4. *in princip.* Cæteræ verò Cautiones violentiâ

 aliis-

aliisve fraudulentis versutiis ab uno vel altero indebitè extortæ, ut in jure nostro in genere prohibitæ. L. 12. *de dol. mal.* L. 51. *de Re judic.* & L. 43. §. 1. *de administr. & peric. tut.* ita & nullius roboris ac efficaciæ. L. 9. §. 3. *quod met. caus.* 6. *de Offic. Præsid. ut* & L. 16. & 6. C. *de Liberal. caus.* Etiamsi quis sese in iis juramento obstrinxerunt. L. 7. §. 16. *de pact.* L. 112. §. *ult. de Legat.* 1. & *L. 5. C. de LL.* Cùm juramentum vinculum iniquitatis esse non debeat. *per c. 5. caus. 22. qv. 4. cum cap.* 1. *cap.* 18. & 28. *x. de jur. jur.* vid. Grot. *lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 6. *de Jur. Bell. & Pac.* & Gail. 1. *observ.* 25. *num.* 5. & 2. *observ.* 77. & 147. *n.* 2.

XXXVII. PROXIMAM autem Causam Efficientem, h. e. Quinam instrumenta conficere possunt, quod concernit, dicimus: pro diversitate specierum documentorum literariorum, esse PERSONAS, PUBLICAS: & PRIVATAS. Merè ac absolutè Publicæ sunt Princeps, Magistratus, & judex &c. qui vel ipsimet conscribunt documenta publica, vel aliis publicis personis ad hoc deputatis mandant *d. c. pen. x. h. t.* L. 32. §. 2. & §. 4. & L. *ult.* C. *de Appell. cum* L. 45. §. 7. *de jure fisci.* Quodammodò autem ac Quasi publicæ sunt hodiè Notarii L. 11. C. *qui pot. in pignor. ibi: Quasi publicè conscriptas* L. 32. *de Episcop. & Cler.* & *Novell.* 73. *cap.* 5. & 7. à Notis, quibus olim ad celeritatem scribendi Notarii usi sunt, L. 33. §. 1. *Ex quib. caus. major.* vel potius à Notando h. e. diligenter scribendo, cautè sollicitèque observando, quæ à partibus invicem proponuntur & actitantur, sic dicti; Aliàs Tabelliones. *rubr. Novell.* 44. Tabularii L. *fin.* §. 2. C. *de jur. deliber.* Chartularii. L. *pen.* C. *de SS. Eccles.* Libellenses, Epistolares. *d.* L. 32. §. 2. & 4. C. *de Appellat.* appellati. Confer. *t. t.* 69. C. *lib.* 10. *et tit.* 50. *lib.* 12. *cod.*

Nec

Nec Obstat, L. 1. §. 5. C. *de commun. serv. manumiss.* & L. 3. *in fin pr. C. comm. de leg.* ubi & servi munere f. Officio Notarii fungi dicuntur, adeoque servile potiùs munus hoc, quàm publicum dicendum, sicuti aliás quoque Servi publici insigniri solent, *ut in* L. 2. *rem pupill. salvam fore*. Distingvenda namque tempora veniunt. Licèt olim vile ac servile hoc tabulariorum officium *per alleg. texx.* habitum fuerit; Statim tamen post *Arcadii* & *Honorii* constitutionem id immutatum legimus in L. 3. C. *de tabular.* id quod & hodiè constitutio *Imperat. Maximil. I.* von Notarien *de Anno* 1. 5. 12. zu Cölln §. 2. confirmavit. ibi: nicht leibeigene/ sondern gefreyete/ zulässige Person / &c. Itaque servi hodie dicuntur, non quod conditione servi sint, sed quod omnibus munus suum requirentibus, ex officio pro justo salario inservire teneantur, adeô, ut cum legitimi solarii præstatione, quod Ddbus est *subarrhare*, vel inviti, sub pœna perjurii & privationis, ad hocce munus subeundum cogi possint; Nisi (1) Notarius iste sit vel Doctor, ac Clericus &c. §. 15. *d. Constitut. Maximil.* vel (2) Ob multitudinem negotiorum circa ejùs officium occurrentium impediatur. Matth Steph. *ad Nov. 44. num. 4.* Sixtin. *lib. 2. cap. 15. n. 15. sub fin. ferè: de Regal.* Adde Treutl. *Vol. 2. Disp. 5. th. 2. lit. E.*

XXXVIII. Nec sufficit hoc alii delegasse, *Novell. 44. cap. 1. pr.* & §. 1. sed in propria persona præstare debet, cùm specialiter ejus fides ac industria sive peritia â Creante electa & approbata censeatur. Ex speciali enim Principis concessione hæc competit facultas, quæ mandari nequit, *arg. L. 1. pr. ff. de Off. ejus, cui mand. jurisd.* adeò, ut nec morbo impeditus commissio valeat; *Bachov. ad Treutl. vol. 2. disp. 5. th. 2. lit. D.* Quô tamen

casu *Matth. Steph. in* C. *ad Novell.* 44. *n.* 14. integrum Notario esse autumat, contrahentes ad se in domum suam vocare, & quatenus per morbum liceat, instrumentum conficere. Nec obstat *d. Nov.* 44. *§. ult. it. Nov.* 73. *cap.* 7. §. 1. Quia loquuntur de ejusmodi substitutis; qui ordinarii sunt & perpetui, & quasi Tabellionis Vicarii apud Acta publica approbati, ut sic vel ipsa Necessitas tunc temporis suaserit, illam delegationem permitti; quemadmodum & hodiè in Camerâ interdum ex Superioris consensu justâ de causâ substitutus admittitur. *Ord. Cam. part.* 1. *c.* 28. §. und so der Protonotarien einer & *c.* 29. §. die Notarien 2c. Hodie tamen poterit conceptum & completum â se, alii fide digno homini ingrossandum, h. e. in mundum redigendum; vel etiam si casu quopiam ipsemet scribere non valeat, ad calamum quoad singula verba dictando, extendendum committere, hac cautela, ut de impedimento suo & alterius ingrossatione in subscriptione attestetur. *d. constit. Maximil.* §. 8. **und wiewol von Gewohnheit.**

XXXIX. Non autem quævis statim persona ad munus hocce autoritate publicum indiscriminatim admittitur, sed ut legalis existat, certis & de jure expressis prædita esse debet qualitatibus. Nimirum (1) ut sit Vir, ad excludendas Mulieres, quippe quæ aliàs ab Officiis civilibus ac publicis arcentur *L.* 2. *de R. I.* (2) liberæ conditionis, cùm servi testimonium perhibere jure civili inhabiles pronunciantur. *§. 6. l. de testam. & Authent. Si testis. cum L. seq. C. de Testib. junct.* *§. 8. d. Const. Maximil.* nec aliàs personam habere, nisi *καταχρηστικῶς in L. 22. de R. I.* Sed pro nullis potiùs censeri, dicuntur *L. 32. & L. 209. eod.* (3) integræ opinionis,

&

& moribus probatis, ad repellendos Infames, ceu quibus aliàs dignitatum portæ occlusæ *cap. 87. de R. I. in 6to.* Item: Infideles *L. 19. C. de Episcopal. Audient.* Excommunicati, Banniti seu Proscripti, aliique, qui â perhibendo testimonio in jure prohibentur *per d. §. 1. Const. Maximil. I.* (4) Literatus, jurisque peritus, quantum sâtis est ad hoc officium, *Novell. 66. cap. 2. in pr.* Licèt enim non promotus Doctor requiratur, nec omnes juris apices scire tàm accuratè, attamen contractuum substantialia, pariter & clausularum cautelarumve vim ac differentiam eorundem probè nosse tenetur. *pr. vers.* Aber nachdem rc. *d. C. Max. I.* Adde & Bertazoll. *Tr. de clausul. instrum. in proœm. num. 1.*

XL. Describi potest, quod sit Persona Authentica, cui vel immediatè ab ipsomet Imperatore, vel mediatè, mediante Comite Palatino, prævio examine præstitoque juramento, se fideliter ac ingenuè munus hoc gesturum, nihilque scripturum, nisi quod viderit vel audiverit, tributa est authoritas ac facultas super rebus ac negotiis, quæ hominibus placent, coram testibus ritè conficiendi instrumenta publica. *Confer sæpius cit. constit. Max. I. in pr. vers.* Aber nachdem rc.

XLI. Notanter dixi: ab *Imperatore & Comite Palatino &c.* ad indicandum, potestatem creandi Notarios recenseri inter Regalia majora, Borcholt. *ad cap. un. quæ sint Regal. num. 4.* & esse actum summi Imperii, adeoque Soli Imperatori hodie reservari, ita ut cæteri Principes superiorem recognoscentes, ut & Magistratus inferiores, potestate hâc creandi Notarios haut gaudeant, nisi specialissimè quoque, sicuti Comitibus Palatinis, privilegio â Cæsarea majestate iis indultum sit. *Joh. Petr. de Ferrariis in Praxi sua Aurea tit. 13. gloss. 3.*

num.

num. 7. Matth. Stephan. de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 5. num. 2. & noviter l. H. Stamler. de Reservat. I. R. G. §. 56. Nec OBSTAT, quod Principes ac Status Imperii tantùm valeant ac possint in suis districtibus & ditionibus, quandoque Imperator in toto Imperio. &c. Cùm hoc, exceptis Reservatis Imperatoris, verum intelligitur. Et quamvis publicis conficiendis scripturis publicæ etiam ab iis Personæ præfici soleant, ex tamen longè distant â Tabellionibus nostris; Præter id enim, *ut loquitur Wesemb. parat. h. t. n. 3.* quod hac electione non evadant Notarii, h e. Notariorum jura ac privilegia non nanciscantur, præponuntur saltem tabulariis civitatum ac Provinciarum, ut earum chartas, ac rationes tractent, conficiant atque supputent, *argum. L. 1. L. 7. C. de Exactorib. Tribut. lib. 10. & L. 1. C. de censib. lib. 11.* adeoque nec eorum autoritas ac fides per omnia tam generalis ac legalis est atque Notariorum ab Imperatore vel Comite Palatino creatorum, qui ubique locorum, non solùm in universo Imperio Romano Germanico, verum & extra illud, officio suo rectè fungi possunt. *teste Gail. 2. Obs. 71. num. 13. & Regn. Sixt. lib. 2. cap. 15. de Regalib. ubi plurium non modò Germaniæ JCtorum, sed & exterorum Autoritates allegavit;* Sed nimium specialis, & finibus saltem territorii alicujus particularis circumscripta. Confer Hunnium ad Treutl. *vol 2. disp. 5. Resolut. th. 2. qv. 5.* & Noë Meurer. part. 3. der Käyserl. Liberey.

XLII. Non adversatur autem suprà dictis *L. fin. de jurisdict. & L. 3. de Offic. præsid.* ubi dicitur, quod Magistratus extra locum territorii sui jurisdictionem suam exercere haut polleat, multò ergò minùs Notarius, qui tanquam constitutus constituente suo longè

est

eſt inferioris conditionis. Reſpondetur enim: à Magiſtratu Populi Romani malè infertur ad Notarium, cùm utriusque ratio appareat diverſiſſima: Notariatus enim eſt qualitas perſonæ adhærens, ipſamque ubivis locorum concomitans: Magiſtratus autem ejusque jurisdictio, ac Imperium magis territorio, quam perſonæ adhærere cenſetur: h. e. perſonæ ita adhæret, ut ab ea non quovis, ſed certò duntaxat in loco exerceri queat. Leges autem in contrarium adductas quod concernit, illas non de *voluntaria*, cujusmodi & Notarii gaudent, ſed *contentioſa* Jurisdictione, ſub intelligendas eſſe cum Interpretibus autumamus; id quod & Exemplum emancipationis, quæ voluntariæ, jurisdictionis eſt, adeoque quocunque loco peragi poteſt, L.36. *pr. & §. 1. de Adopt.* ſatis demonſtrare videtur, *adjung. Zaſ. ad d. L. fin. de jurisd. num. 16.*

XLIII. Q. autem præterea hic inpræſentiarum: Num Inſtrumenta confecta à Notario condemnato de falſo, propter condemnationem illam fiant ac reddantur invalida? Et Reſpondemus breviter cum Johan. Sichardo *ad* L. *2. C. h. t. num.* 7. Ea ſaltem inſtrumenta amittere fidem, quæ poſt condemnationem Notarii (ſive adverſus eum per modum accuſationis; ſive inquiſitionis, proceſſum fuerit) confecta ſunt; Anteà verò ab ipſo confecta non vitiari, cùm poſt ſententiam demùm latam cadat officio, non anteà, *argum.* L. 2. §. 3. *de His qui not. infam.* Nec aliàs ſententia contra Notarium lata, aliis nocere debet. L. *21. d. t. vid. Proſp. Far. de falſit. & ſimulat. qu. 155.*

XLIV. Quid autem, ſi Notarius nondum fuerit condemnatus, ſed pendeat proceſſus; Anne interim inſtrumentum conficere poterit? Et verior ſententia

videtur Affirmativa, *Nisi* expresse interdicatur: Est enim adhuc in quasi possessione, & interim Notarius *arg.* L.6.§.1. *de his qui not. infam.* Honestius tamen facere eum, si vel ipsemet suâ sponte à novis amplius instrumentis conficiendis, abstinuerit, haut inficias ibimus *cum Bart. in repet. L.3. de Offic. Prætor.*

XLV. Haut injucunda porrò hic inter JCtos circa doctrinam Causæ Efficientis movetur Quæstio; Utrum etiam Doctor juris Notarii officio fungi, & instrumentum publicum conficere possit? Affirmativam multis propugnare rationibus annititur cum Berlichio *part. 1. concl. 43. n. 50.* Honthem. *de Arte Notariat. lib. 3. cap. 16. n. 7.* Negativam verò defendit cum Prosp. Farinac. *lib. 1. Consil. 94 n. 5.* Walther *cap. 18. qv. 77. §. 125. de Privileg. Doctor.* Quam & Nos cum Excellentissimo Dn. Carpz. 6. *Responsor. 18. n. 12. & seqq.* & Laudatissimo Doctore nostro, Magnifico Dn. Cancellario Tabore *in Colleg. privat. super Wesemb.* tanquam veriorem pro virili tuebimur (1) Quod Doctores ad hoc munus, conficiendi videlicet instrumenta publica, creati non sint ab Imperatore vel Comite Palatino; sed ut jus publicè ac privatim vel doceant; vel de eò quæsiti respondeant ac consulant. (2) Quòd juxta constitutionem *Novell. 47. & 73.* Instrumentum minimè plenam vim probandi sortiatur, nisi constat, quod is, qui illud confecit, verè fuerit Notarius publicus. Jam verò hujusmodi sanè dici non potest, qui non ritè ac solenniter est creatus, non magis, quàm tutor non legitimè constitutus, *arg. §. ult. I. quib. mod. testam. infirm.* (3.) Nonnulli adducunt *L. 7. C. de Nummular. Actuar. &c. lib. 12. t. 50.* ubi sancitum volunt, ea, quæ facta sunt ab actuario minùs legitimè creato, non valere. Et denique (4) quòd ex superabundanti nec Error quoque ac opinio Hominum

quic-

quicquam, quod certò jure definitum eſt, mutare poſſit, cùm non jus opinioni hominum; ſed opinio hominum juri ac LL. ſubjecta eſſe debeat. *arg. L. 39. de LL.* Nec *refragatur* hiſce (1.) L. 1. *C. de teſtam. cum §. 7. l. eod.* ubi nihilominus teſtamentum legitimum aſſeritur, etiamſi ſervus, ut teſtis, in eo adhibitus ſit, modò is tempore teſtamenti omnium conſenſu liberi locô habitus fuerit. Nec (2) L. 3. *de Offic. Prætor.* ubi rata firmaque pronunciantur, quæ à falſo vel putativo Prætore edicta ac decreta fuêre. *Reſpondemus* enim Generaliter; Nobis in præſenti hoc negotio Quæſtionem non eſſe de Inſtrumento jam confecto; ſed adhuc conficiendo, cùm multa ſic tolerantur, quæ aliàs haud permittuntur fienda, prout pluribus id ex adductis oppoſitis textibus videre licet; quippe qui de fictione juris ſaltem, & ex benignitate Imperatorum in favorem publicum, cujus vel ſolius intuitû interdum à Regulis juris communis recedi ſolet; non autem de ipſo jure, utpote quò utique teſtamentum in ſe conſideratum, illegitimum ac vitioſum eſt *d. §. 7. l. d. t.* & ſervus, inhabilis perſona ad Præturam, L. 12. *§. pen. ff. de judiciis;* exaudiendi ſunt, loquentes de ſingulari jure quod in conſequentiã trahi & ad Inſtrumentum à Doctore confectum extendi non debet. *L. 14. de LL. cum L. 141. de R. I. Confer Nobiliſſ. Dn. Struv. Exercitat. 4. th. 24. pulchrè d. L. 3. de Offic. Prætor. explicantem, cum aliis ab eo ibi allegatis.* Plura equidem de Notariis, eorumque officio dicenda forent; ne autem extra oleas vagari videar ad cæteras cauſas inquirendas pergemus. Tantum itaque de causâ Efficiente publicorum Inſtrumentorum.

XLVI. *Privatas* autem quod ſpectat *Scripturas*, in propatulo eſt, omnes, qui contrahere, teſtari, in judicio ſtare, aliosque legitimos actus celebrare poſſunt,

 etiam

etiam scripturas super iisdem literis consignare non prohiberi, v.g. testamentum inter suos in scriptis conficere, vel Creditori suo chirographum conscribere, vel aliud quid apud acta in judicio subscribere ac recognoscere *Wesemb. parat. h.t. n.3. C.I.A. th.4. n.3.* Quarum species sive exempla *suprà th.21.* recensuimus.

XLVII. *Causa* Προκαταρκτική seu IMPULSIVA literatoriorum Documentorum varia ab interpretibus juris pro eorundem diversitate perhibetur; Et partim est *Mortalitas* ac *Caducitas* hominum, qui in dies interire solent *L.76. in fin. de judiciis.* Partim, *Inconstantia* humani ingenii, cujus sæpiusculè est, idem asserere idemque paulò post vicissim inficiari *L 4. ff. de adimend. vel. transferend. legat. ubi expressè asseritur, voluntatem hominis ambulatoriam esse usque ad extremum spiritus halitum*; partim *Oblivio*, cùm hominum memoria sit admodùm fluxa atque labilis. *L.44. de acquir. poss. L 28. de probat. L.2. §.13. C. de V.I.E.* ibi: *omnium habere memoriam, & penitùs in nullo aberrare, Divinitatis potiùs est, quàm mortalitatis.* Quò & Cicero *pro Sylla.* allusisse videtur, dum inquit: *Literæ posteritatis causâ repertæ sunt, quæ oblivioni subsidio esse possunt &c.* juxta communem versiculum:

Vox emissa perit, litera scripta manet.

adeò, ut literæ semper loqui videantur. *L.8. C. de summ: Trinit. cum L.29. C. de Testament. & per ea, quæ operosè congessit Magnificus Dn. Cancellarius TABOR in Thesaur. Locor. comm. lib.17. cap. 13. axiom. 3.*

XLVIII. Causam Efficientem & Impulsivam excipit MATERIA, sive *Causa materialis*, quæ triplex hic occurrit: Nempè *ex Qua: in Quâ:* & *circa Quam.* Materia ex QUA: (scil. documenta literaria constant:) est Scriptura materialiter considerata, h.e. literarum consignatio. L. 5. *C. h. t.* quæ passim opponitur probationi-

tionibus sine consignatione. Desiderantur autem hic literæ, s. verba literis exarata, integra, legibilia, & intelligibilia, *L.1.ff. de his, quæ in test. delent. &c.* s. ea sint Latina; s. Græca: L.3.*C.de V.S. & L fin.C. de Testam.tut.* Et hodie in nostro Romano Teutonico Imperio; sive Latina, sive Germanica sint, utpotè quibus hisce duabus Linguis, Germanicâ & Latinâ, vel solummodò licitum est uti in judiciis & in Notariorum instrumentis. Sicuti & in Gallia constitutum, ne alio, quàm Gallico idiomate per Notarios publicos conscribantur Instrumenta, cùm anteà non nisi Latinè scribere solerent: *Anton. Fab. in lib. 4. C. tit. 16. definit.* 13. Notanter autem dixi hic, *literas integras ac legibiles* requiri, ad diffentiam Notarum, Signorum, figurarum abbreviaturarum, seu imaginum, quibus aliquid significari ac denominari consvevit, quæ hic loci omnimodò prohibentur *per auth. Quod sine. C. de Testam. ex Nov. 107. cap. 1. depromptam; & hodiè luculentius per Constitut. Imperator. Maximil. I. de Anno 1.5.12.* zu Cölln/ *de Notar. § 19. ibi:* die Notarien sollen sich hüten/ denn ihnen wird in dieser Ordnung verboten ihr Instrument mit so viel gekürtzten dunckeln/ oder zweiffelhaften Worten/ (die dann ein Instrument zu unnütz machen) oder auch die Zieffer/ Zeichen/ oder notas, sonderlich die nicht gemeiniglich alle bekandt seyn/ dieweil dieselben gar leicht geendert und gefälschet werden mögen/ sondern mit gantzen/ gemeinen/ und läßlichen und bekandten Buchstaben in Lateinischer oder teutscher Zungen/ zu schreiben ꝛc. Per quàm facilè enim evenire potest, ut quispiam in chirographo summam 500. *floren.* mutare possit in numerum 5000. appositâ unicâ saltem cifra, o. in fine. Aliud exemplum refert Rulant *part. 2. lib. 5. cap. 36. num. 5. de Comissar. & Comiss.* de duabus istis voculis: Einig & Ewig; quod alter scri-

pſerat mit einiger Gefängnüß/ alter autem contractis duabus literis mit ewiger ꝛc. quæ transmutatio magnas deindè inter litigantes dedit turbas. Nec OBSTAT *L.ult.C.famil.erciſc.* Diſtinguendum enim eſt inter jus prius & poſterius. *Vid. Anton. Henring. cap.* 11. *num.* 145. *de Fidejuſſorib.*

XLIX. Haut immeritò autem hic Q. Num & charta *blanca,* quod vulgò *Blancetum,* Germ. Blanquet nominamus, à Gallico vocabulo: *blanc:* quod album ſive candidum ſignificat, appellatum, h.e. quod præter nomen & ſigillum ſubſcribentis ac conſignantis nihil continet, pro verâ inſtrumentorum ſpecie ſit hibenda? Et negat Weſembecius *in lib. 4.C. h.t.th.35.* hujusmodi chartam accuratè loquendo veram ſpeciem Inſtrumenti referri vel videri (1) Quia tabulæ ſ. chartæ, cùm quis ſubſcripſit & ſubſignavit, vacuæ fuerunt, h.e. nihil ſcriptum in ſe habuere, adeoq; omninò nullæ ſunt. L.11. *de injuſt.rupt.irrit.fact.teſtam. L.3. C. de Condict. indebit. & Tuſch. in vocab. folium album. concl.* 409. Et (2) ne detur anſa ſive facultas, aliquid in eis ſcribendi præter ſigillantis voluntatem, tunc enim plus valebit, quod in rei veritate agitur, quàm quod ſimulatè concipitur *L.ult. & t. t. C. plus valere &c.* Aliud tamen videtur, cùm partes in id conſenſerint, vel ſigillans poſt ſcripturam ratam habuerit, tunc inſtrumenti tenorem non ignoraſſe, ſed inſpexiſſe & cognoviſſe præſumitur *arg.L.2. §.5. teſtam.animadm.aperiantur.* Eò ipſo enim, quò quis hujusmodi chartam ſcripturæ ſine contradictione recepit, vel paſſus eſt, alteriùs ſcriptione repleri chartam blancam à ſe ſubſcriptam, ſuoque ſigillo munitam, in ſcriptionem iſtam, omniaque contenta conſenſiſſe, eaque approbâſſe cenſetur, patientia enim vel ratihabitio tacitum arguit conſenſum. *L.28. de V.S. vid. Carpz. part. 1.*

Con-

*Constitut.*17. *definit.*42. & *Koppen.decis.*46.*n.*27. & *Speidel.in Spec.Var.Jur.Pol.Histor.Observ.in lit.c.n.*25.

L. *Materia* IN QUA (scil. documenta scribantur) olim varia fuit, ceu videre licet apud Alexand. ab Alexandro *lib.*2.*cap.*30.*Genial.dier.* & Polydor. Vergil. *lib.*2.*cap.*8.*de Invent.rer.* Sicuti & Ipsum DEUM decem Præcepta sua tabulis lapideis inscripsisse legimus *Exod. cap.*31. *vers. ult. cum cap.*32.*vers.*16. & *cap.*34. *vers.*1. &c. Nihilque olim interfuit, quâ in materiâ scriptum sit testamentum, *L.*2.§.2.*testam.quemadm.aper.* sed liberrimæ cujusque voluntati relictum, cum nullibi certum quid de Jure Justinian. præscriptum inveniatur, ceu notabilis textus extat *in L.*15.*C.de testam.milit.* Hodiè regulariter Scripturæ fieri vel confici solent in charta, vel in pergameno sive membrana, in momentosioribus negotiis, *cap.*4.*x.de confirmat.utili.* quò longissimo sic annorum curriculo diutius perdurarent, quemadmodum etiam *in sæpè citatâ Constit.D.Maximil.I.*§.19. salubriter ita constitutum legitur, *verb.* in Pergamenen/ und nicht Pappier 2c. præprimis in Appellationibus, *teste Gail.*1. *observ.*119. & *Mynsing.*1.*Observ.*80. *allegante præjudicium, quòd in causâ* Partlieben *contra Henricum Muller hujusmodi chartaceum instrumentum rejectum fuerit.* Pariter quoque in hujus confirmationem commemoravit Nobilissimus Dn. Hahn. *ad Wesemb.parat.h.t. num.*4.*in fin.* se novisse propterea Processus denegatos *in causâ N.de M. contra C. M. de anno* 1.6.47. Qui tamen integri, exhibitô deinceps in membranâ instrumentô, decreti fuerunt. Aliud tamen dicendum videtur (1) Quando hodiè forsan contrariâ consuetudine aliud quoque receptum foret, *prout nuper observavit Arnold. de Reyger in addit ad Mynsing. præalleg. loco.* Vel (2) Chartaceum exhibitum à parte adversâ non impugnetur. Vel (3) ob inopiam pecu-

pecuniæ non possit comparari Pergamenum. Vel denique (4) à Notario juratum, eò loci, ubi conscriptum est instrumentum, copiam pergameni planè non haberi. *Autor. Votor. Cameral. sub rubr. Instrum. vers. 1. p. 158. & Umm. disp. 17. thes. 3. n. 13. in fin. C. I. A. th. 6. h. t.*

LI. *Materia* CIRCA QUAM, sive potiùs, OBJECTUM *circa quod* (scil. documenta literaria versantur) sunt quælibet Hominum *Licitè* RES GESTÆ, h. e. Actus tam publici, quàm privati, pendentes ab hominum voluntate L. 11. *C. qui pot. in pignor.* de quibus unum, plurave, arbitrariè conscribi possunt instrumenta tàm in ultimis voluntatibus L. 24. *C. de testam.* quàm contractibus. L 17. *C. h. t.* Vel juxta *§. ult. I. de I. N. G. & C.* paulò convenientiùs: tàm de JURIBUS PERSONARUM; v. g. Manumissione. L. *C. h. t.* servitute. L. 1. *§.* 11. *C. de Latin. libert. toll.* Emancipatione. L. 11. *C. h. t.* Quàm de REBUS IPSIS: L. 5. *ff. h. t.* tàm Ecclesiasticis. L. 14. *C. d. SS. Eccl.* quam prophanis. *cap. 9. x. h. t.* Earumque dominiis L. 8. *C. h. t.* vel possessionibus L. 11 *C. eod.* Vel earum Obligationibus, h. e. Contractibus. L. 10. & L. 17. *C. h. t.* Et ACTIONIBUS, cæterisvé ACTIBUS JUDICIARIIS. L. 1. *pr. C. de edend. cum cap. 1. & 2. x. de libell. oblat.* LICITIS tamen, h. e jure communi, statuto, honestisvè moribus non prohibitis. Ea enim, quæ pietatem, lædunt atque honestatem, & contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum est, ait Papinianus *in* L. 15. *de Condit. institut.* nedum, ut super istis scripturæ fiant. Et aliàs constat ex jure, rerum inhonestarum prorsus nullam obligationem esse. L. 37. *pro socio*, L. 26. *de V. O.* L. 6. *C. de pact.* L. 5. & *8. C. de* LL. & *alibi passim*. *Constitut. Maximil. I. in §. 15. ita exprimit:* Daß die Handlung/ darüber ein Instrument gefertiget werden soll/ in Rechten und jedes Orts Statuten/ Ordnungen und Gewohnheiten/ Zulässig/ nicht verboten 2c.

In ſpecie autem jure communi prohibentur Notarii conficere inſtrumenta ſuper alienationibus rerum Eccleſiaſticarum. L. 14. §. 3. *C. de SS. Eccleſ.* ſuper liberis venditis L. 2. *C. de Patrib. qui liber. diſtrax.* Eunuchis &c. L. 2. *C. de Eunuch.* Item: Contractibus uſuariis, aliisque pactionibus illicitis, v. g. de rebus litigioſis, *L. fin. C. de litigioſis.* de injuriis & famoſis libellis. *L. unic. C. de famoſ. libell. & R. I. de anno 1548. 62. & 70.* Et hodiè ſuper Artificum reprobis pactionibus, v. g. Ne opus ab altero cœptum alter perficiat, daß/ was einer zugeſchnitten/ der ander nicht ausmachen ſolle. *argum. L. 12. §. 18. C. de ædific. privat. & t. t. C. de illicit. colleg. cum L. un. C. de Monopol. Confer pluribus Dan. Moller. lib. 2. Semeſtr. cap. 15. præcipuè autem Nobiliſſim. Dn. Ahasverum Fritſchium, Conſiliarium Lineæ Rudolphopolitanæ Schwartzburgicum digniſſimum, Fautorem atque Affinem meum longè honoratiſſimum, in pereleganti Suo nuper eruditè conſcripto Tractatu de Monopoliis, ubi multa hac de re, cognitione digna ediſſerit.*

LII. Q. Utrum ſuper Delictis etiam rectè conficiantur inſtrumenta? Et rectè negatur à Bachov. *in Notis ad Weſemb. de fid. inſtrum. num. 4. lit. O.* tùm propter rationem generalem iſtam *in præced. th.* allegatam; tùm propter ſpecialem quoque ab ipſomet cit. loc. adductam; nempe quod tunc, cùm ſuper actû à tertio commiſſo inſtrumentum conficeretur, fieret ſaltem μονοπλεύρως, & ſic præter metum falſi, quod perquam facilè hic poſſet committi, perinde foret, ac ſi Notarius pro teſte ſe gereret; quo caſu ſanè haut pluris, ac cæteri teſtes, probaret; velut etiam aliàs neminem facilè fore arbitror, qui ad probandum delictum à ſe committendum Notarium advocaverit. Alia tamen longè diverſa *Quæſtio* eſt: An Delicta per Scripturas privatas poſſint probari? Et placet cum Nominatiſſimo Dn.

Cancellario TABORE, qui unus mihi instar omnium est, in Ratiocinat. suis Definit. Criminal. di privat. delict. lib. 4. Affirmativam tueri. Nam quæ Crimina scripturâ ipsâ perpetrantur, illa haud dubiè quoque per scripturam validissimè probantur, sive DIRECTE literis ac scripturâ committantur & immediatè; ut crimen falsi, Hæreseos, Conjurationis, L. 6. ff. & L. 22. C. ad L. Cornel. de Falso. prout Catilinæ & Asseclarum Conjuratio quoque, literis advigilantiâ *Ciceronis* interceptis, detecta fuit. Item Libelli famosi ad infamiam alicujus conscripti & divulgati, vulgò Pasquill, Schand- und Schmäh-Karten/ L. 5. §. 9. & 10. & L. 15. §. 20. *de injuriis.* cum L. unic. C. *de famos. libell.* Literæ diffidatoriæ, Befehds- und Absags-Brieffe. *Constit. Elect. Aug. part. 4. cap. 16. & 44.* Sive INDIRECTE ac mediatè, ut Perjurium, *cap. ult. de jur. jur. in 6to.* Adulterium, v. g. ex literis nempe Amasii ad Uxorem alterius; aut ab eâ super adulterio commisso ad illum exaratis. Homicidium, ex mandato in scriptis dato, & aliæ Illicitæ pactiones scripto comprehensæ L. 2. C. *quor. appellat. non recip.* Quò referendæ etiam censentur literæ *sanguine humano* exaratæ, quæ plerumque pariter vel cum Dæmone, vel alias detestabiles pactiones ac conjurationes arguunt, *prout passim in Historiis testis Experientia est. Vid. Dn. Nicol.* Brandt *in Lubec. Manzii disp. de Sagis part. 2. th. 4.* Nec OBSTAT L. 3. §. 3. *de Testib.* Cum testimonia ibi denotant (1) vel scriptas saltem testium depositiones, quas gratis in judicio proferre solet, qui testibus rem probare debet, sed ipsos potius testes in judicio interrogandos producere tenetur. Vel (2.) talia testimonia tralatitia & popularia dicteria, quæ rumor incertus spargit ac circumfert, adeoque non attendenda. L. 12. §. 1. C. *de pœn.* Minimè autem instrumenta, *propter*

L. 15.

L. 15. C. b. t. & L. ult. C. de probat. adeo, ut Pacianus eorum opinionem, qui arbitrantur, delicta instrumentis non probari, damnare non veritus sit. Latè hâc de re A. Matth. ad lib. 48. ff. tit. 15. cap. 5.

LIII. FORMAM literariorum Documentorum quod attinet, *duplicem* hôc in præsenti negotio cum DD. nos constituimus: unam nempè CONFICIENDORUM; & alteram PRODUCENDORUM eorundem. Et quidem ut à literarum documentis SIMPLICITER & κατ᾽ ἐξοχὴν PUBLICIS, *de quibus supra in th. 16. & 17. partim actum est*, exordiamur, breviter illam dicimus consistere: (1) in inscriptione Nominis ac titulorum Imperatoris, Principis, seu alterius Magistratus superioris, *ut videre licet ex L. 1. C. de SS. Eccles. L. ult. C. de Summa Trinit.* cum usitatô hodiè illô pio non minùs, ac honorificô elogio: *Nos Dei Gratiâ:* Wir von Gottes Gnaden xc. statim in frontispicio collocatô; ad significandum, quòd vel superiorem, præter Deum & ensem, planè non recognoscant, sed quòd immediatè à Deo, & non ab homine habeant Imperium; Vel quod superiorem agnoscant, adeoque sic mediatè ab Imperatore quidem, sed Altissimi tamen beneficiô, Regimen nacti sint & exerceant. *Videatur Nobiliss. atque Consultiss. Dn. D. Euben, Fautor atq; Promotor meus omni honoris cultu perpetim colendus, in Dissertat. super brocardicum istud juris publici: Tantum possunt Electores, Principes &c. in suis territoriis, quantum Imperator in Imperio.* (2) in facti ac negotii tenore juxta morem ac stylum curiæ verbis perspicuis conscriptô. (3) in Loci & temporis, nempe Anni Mensis, & diei designatione. (4) Subscriptione; *L. 3. & 6. C. de divers. Rescript. cum L. 1. §. 1. ff. de Constitut. Princip.* cum adnotatione hodiè in Aulicô judiciô Viennensi, & Camerâ Spirensi, Vice-Cancellarii & Secretarii, sive Protonotarii, *cum*

ctus: Ad Mandatum S. C. M. proprium &c. ut sic in Privilegiis rebusque arduis eò magis & certiùs de fide scripturæ constet *argum. Auth. Gloriosissimi. ex Novell. 114. cap. 1. in fin. deprompta, C. de divers. Rescript.* Et denique (5) majoris muniminis ac assecurationis ergò, in Sigilli Principis impressione ac appensione; Quâ vel solâ interdum, pro consuetudine ac observantiâ, documentis literariis fides conciliari solet; *cum hac clausula:* Dessen zu Uhrkundt ist dieses mit unsern grössern/ oder kleinern Cantzeley-Stadt- oder Gerichts-Insiegel bekräfftiget ꝛc. Vel: Dessen zu Urkundt haben wir unser Raths-Insiegel angehenckt und aufgedruckt. Confer Reformat. Norinberg. tit. von Uhrkunden unter zweyer / des kleinen oder grossen Rahts-Insiegeln. & Wittemberg. Landt-Recht. tit. von schrifftlichen Uhrkundten besiegelter Brieffe. ꝛc.

LIV. Illa autem literaria documenta, quæ apud Acta, vel coram judice fiunt, quamvis nullam, *teste Wesemb. num. 5. h. t. & C. I. A. th. 10. eod. tit.* scrupulosam desiderare videantur solennitatem, ceu quam judicis præsentia judiciique autoritas supplere censetur *per* L. 19. & 27. ubi luculenter innuitur, Acta hujusmodi habere vim testium, quorum multitudo in judicio semper præsumitur adesse *d.* L. 19. *d. t.* adeò, ut meritò superfluum dicatur privatum testimonium, ubi publica adsunt monumenta. L. 5. *C. de donat.* Nihilominùs tamen præter hæc enunciata ampliùs volunt ac requirunt nonnulli, sin omninò plenissimam vim probandi Acta obtinere debeant, (1) ut parte adversâ citatâ ac præsente, (2) coram judice ac Assessoribus, (3) instantiâ alterius partis, ut appareat, cujus ad instantiam actus celebretur, (4) ab Officiali publico ritè ac decenter sint conscripta, cum adsignatione (5) Loci & tem-

temporis, Anni nimirum, Mensis & diei, *per cap. 11. x. de probat.* Et hanc opinionem fovent Beust, *ad d. L. admonendi. de jur. jur. n. 18. & seqq.* Gilhaus. *in Arb. jud. civ. cap. 6. part. 3. num. 17.* & alii plures. De Archivalibus quoque scripturis, ut plenum effectum probandi consequantur, variè DD. in eorundem requisitorum enumeratione variant, prout præ cæteris apud Rutg. Rulant, *part. 2. lib. 5. cap. 8. de Commissar. & commiss.* videre licet, qui positis septem, accuratè examinat, quantum conveniant Statui nostro Germanico. Idem præstat Nobiliss. & Consultiss. Dn. D. Fritschius *in suprà citat. suo tract. de jure Archiv. cap. 7.* ad quos benevolum quoque Lectorem brevitatis studiô remissum volo.

LV. Circa NOTARIORUM autem Instrumentorum *conficiendorum Formam* sciendum, quòd illa rursus *duplex* constituatur; *Extrinseca*, & *Intrinseca*. *Extrinsecam* communiter DD. volunt consistere (1) in Personæ Notarii habilitate, *de qua supra à th. 39. usque ad 45. fusiùs dictum.* (2) in facti commissione; h. e. ut Notarius ad conficiendum instrumentum specialiter vel à judice, aut superiore jussus; *c. pen. x. h. t.* vel à partibus in communi negotio, rogatus sit; daß Er hierzu insonderheit requirirt und erbeten sey. *vid. Constit. Maximil.* (3) in Rei, sive causæ ac Negotii cognitione, h. e. ut Notarius intelligat, quid inter partes agatur. *confer. d. th. 39. num. 4.* (4) in juris permissione; h. e. ut instrumentum conficiendum scribatur super re licitâ, nec jure prohibitâ, *ceu diximus in th. 51.* & denique (5) in prælectione & explicatione instrumenti confecti, sive; ut Notarius contenta exarati instrumenti prælegat atque explicet, *juxta d. Const. Maximil. 1.*

LVI. *Intrinsecam* autem: (1) in invocatione Nominis Divini, v. g. I. N. D. N. I. C. quæ clausula Impera-

tori nostro Justiniano gloriosiss. memoriæ admodùm usitata fuit, *ceu videre est in pr. I. & ff. juncta Nov. 17. 43. 134. & passim*. Vel ex jure Canonico: In Nomine Dei Patris, Filii, & Spiritus Sancti: *& c. c. 1. distinct. 73.* vulgò: Im Nahmen der Heyligen Hochgelobten Dreyfaltigkeit, *&c.* (2) in adjectione Anni sanctissimè nominati Salvatoris nostri Nati ac incarnati, ut sic certò constare queat, quô tempore sit factum. (3) in commemoratione Nominis & Regiminis Imperatoris Regnantis, & currentis indictionis, de cujus modo computandi, inveniendi, & quis eandem induxerit, &c. Vide post Treutl. *vol. 2. disp. 5. th. 3. ibique Bachov.* Christoph. Schvvanman. *de Different. jur. civ. & cameral. diff. 4. num. 12. & seqq.* & Wehner. *Obs. Pract. in voc.* Römer Zinszahl. (4) in temporis designatione, nempe Mensis, diei, ac si fieri potest, etiam horæ, in quâ Tabellio rogatus, ac res gesta est; non quâ instrumentum confectum. (5) in Loci descriptione, tùm in genere; tùm in specie: In genere: denominando Urbem, Oppidum, vel pagum, in quo contractus sive actus celebratur; in specie: in quô scil. locô civitatis, v. g. plateâ, domo, conclavi, *&c.* (6) in sincera totius rei gestæ recensione, eâque verbis, quantum fieri potest, maximè perspicuis, videlicet quis? quid? quantùm? & ex qua causa, alicui debeat, & quæ pro diversitate materiæ sunt circumstantiæ aliæ. (7) in Testium rogatorum Nominis & cognominis expressione, prout natura contractûs vel actûs, qui geritur, requirit, (8) in ipsius Notarii Nominis & cognominis sui subsignatione, sive subscriptione, factâ insimul mentione, cujus Autoritate sit Notarius, cujusve mandato ac rogatu instrumentum hoc sit conscriptum. Et denique (9) in ejusdem peculiaris sui Notariatûs sigilli appositione, &c. *Vid. supra*

bæcklius cit. Constitut. Maximil. 1. Ordin. cam. part. 2. tit. 39. §. 1.

LVII. Haut incommodè autem hic Q. Num instrumenta hujusmodi, etiam Testes in iis adhibiti, subscribere debeant? Communiter DD. (referens Wesemb. in parat. ibique Hahn. num. 5. h. t.) in Negativam quæstionis hujus descendunt sententiam. Accursius autem in L. 2. C. de tabular. Gothofred. in Nov. 73. cap. 5. & post eum Bachov. in annotat. ad Wesemb. parat. d. num. 5. h. t. lit. R. & ad Treutl. d. disp. 5. th. 3. lit. G. propter L. 21. in fin. pr. C. de Test. L. 23. pr. & §. fin. C. ad SCtm. Vellejan. acriter affirmativam contendunt. Nos breviter cum prælaudato Magnifico Dn. Cancellario TABORE in Tr. de Testam. Princip. aut Com. oblato. cap. 6. th. 9. Distinguendum censemus inter id, quod adesse debet, ac de necessitate requiritur; & illud, quod adesse convenit, vel utiliter adhiberi potest, ut uberior fides ac cautela negotio concilietur; arg. L. 1. C. quomodo & qn. jud. &c. cum alias superflua cautio nocere soleat. L. 17. C. de Testam.

LVIII. Privatarum autem Scripturarum Formam conficiendarum quod spectat, cùm de singulis earundem speciebus propter multitudinem peculiariter disserere Instituti nostri ratio jam non permittat, in Genere dicimus, istam in hisce subsequentibus necessariis requisitis consistere: (1) ut quodlibet Chirographum contineat nomina & cognomina contrahentium, (2) Res, de quibus disponitur; v. gr. Matrimonium, Mutuum, &c. (3) Jus earundem, ut & causam debendi aut liberandi. L. 25. in fin. C. de Nondr. L. 25. §. fin. de probat. L. 13. Cod. N. N. P. (4) subscriptiones & consignationes partium. d. L. 17. C. h. t. ut & testium, si eorum præsentiam opus habeamus. Nov. 73. c. 1. & 2. Quocirca deinde ut plurimum

mùm privata hujusmodi documenta publicis assimulantur, L.11. *C.qui pot.in pignorib. L.fin.C. cum Auth.de R.C.* Et (5) diem & annum, præcipuè in libris rationum, & ubi tempus esset de substantiâ probationis, quoad effectum prolationis in hypothecis *per vulgatam regul.* Qui prior tempore, potior quoque jure. Vid. Negusant. *de Pignorib.part.5. membr.2. num. 11. & 47.* Cæteræ autem solennitates ac Formulæ cum suis clausulis & cautelis hujusmodi privatarum scripturarum, partim ex suis titulis ac fontibus; partim ex Autoribus, quos Jacob Bornit. *part.1. lib.1. cap.14. & cap.31. cum seqq. lib.2. de Instrum.* remissivè citavit, hauriendæ ac petendæ erunt. *Confer. th. 51.*

LIX. Et tantum de Literariorum Documentorum *Formâ conficiendorum*, sequitur nunc porrò eorundem FORMA PRODUCENDORUM; circa quam in Genere tenendum, quòd ILLA regulariter, instar cæterarum probationum judicialium, post litem contestatam in termino probatorio usque ad causæ conclusionem, in Originali, s. formâ Authentica, juxta juris præscriptum ac styli observantiam, producenda sint in judicio. Vid. Wesemb. *parat. ff. t. num. 5.* Umm. *disp.17. th. 7. num. 28.* & Gail. 1. *observ.105. num. 4.* Quibus addo & Nobilissimum Dn. Struvium *in Exercit.28. th.37.* adeò, ut, licèt vel maximè ante litem contestatam producta fuissent, tamen vix quicquam probent, nisi in termino probatorio, lite jam contestatâ, denuò in vim probandi reproducerentur. Mynsing. 2. *observ. 53.* & Carpzov. 1. *constit. 17. def. 9.* Non tamen inde propterea concludendum, ac si ante litem contestatam planè nulla documenta exhiberi ac produci posse, statuere velimus, Nequaquam! Fallere enim superiorem Regulam dicimus: (1) in iis, quæ ad personam legitimandam pertinent.

tinent. *arg.* L.9. *de his, qui accusare non poss.* (2) in documentis, quorum editio petitur, utrique litiganti communibus. *c. 12. & ibi Mynsing. num. 4. x. de fid. instrum.* (3) in iis, quorum in libello facta est mentio, Actorque se ad illa retulit. Vel (4) si Actor forsan singulari in jure, juri communi prorsus incognito, sese fundaverit. Frid. Mindan. *lib. 2. cap. 48. num. 2. in fin. de Process. extrah.* Et quæ denique plures sunt hujus Regulæ limitationes ac fallentiæ, quas *in C.I.A. th.* 11. *h.t. & apud d. Mynsing. ad d. cap. 1. n.* 12. *& .5. Obs. 94.* congestas videre licet. Hodiè juxta *novissimum Imperii Recessum de Anno* 1.6.54. §. Bey neben bleibet einem jedem ꝛc. Actor documenta sua, quibus intentionem suam probare annititur, statim unà cum libello vel supplicatione offert in copiâ, ut ita Reus eò meliùs se informare possit, num contendere velit, nec ne? Quæ deinde in primò termino post litis contestationem, loco probationis reproducit, petens, ut recognoscantur, si opus fuerit. Sic & *de jure Saxonico* constitutum, ut intra terminum probatorium documenta producantur saltem in copia, si non in Originali; sub pœna præclusionis, *attestante Carpzov. 1. const.* 17. *q.* 1. *2. & 3. & Hartm. Pistor. observat.* 183. *num.4.*

LX. Post conclusionem vero causæ, nulla amplius regulariter admittenda videtur productio documentorum. Nisi (1) illa post conclusionem demùm noviter reperta sint, & producens nullam in perquirendis iis ante conclusionem admisit negligentiam, forsan quod probabiliter ea ignoraverit, quod juramento firmari debet; Mynsing. 2. *Observ. 53.* Vel (2) Judex ex officio procedat: *cap. 5. x. de caus. poss. & propriet.* Vel (3) Pia ac summaria sit causa: *per tradita Mynsing. 3. observ. 17. num. 3. &* 12. *& 6. observ. 56. n.* 12. Vel (4) criminalis, in quâ non concluditur, quin semper

usque ad sententiam possit detegi innocentia accusati L. 27. *pr. de pœnis* & Gail. 1. *observ.* 107. *num.* 11. Vel (5) causa appellationis L. 4. *C. de temporib. & reparat. Appellat.* & quæ sunt aliæ limitationes. Multò minùs post Rem judicatam, noviter reperta instrumenta admittentur in causis privatis, ad retractandum judicis effatum *per L. 27. ff. & L. 4. C. de Re judic. & t. t. C. sententiam rescindi non poss. cum* L. 29. §. *pen. ff. mandati, ubi elegans hac de re extat exemplum.* Secus est in causis ac negotiis publicis, præcedente causæ cognitione, propter favorem publicum, *per* L. 35. *de Re judic. &* L. 31. *de jur. jur.* id quod ex casus similitudine etiam ad Ecclesias, collegia, minores, eorumque res extendi consvevit, prout disputavit Treutl. *vol. 2. disp.* 5. 23. *th.* 5. *lit. D. ibique Bachov. & Mynsing.* 4. *obs.* 60.

LXI. Sedulo autem caveat Actor, vel Reus, ne hujusmodi documenta literaria producat, quæ ex parte sibimetipsi contrarientur, & parti adversæ multum juvare queant; sed quilibet prius eadem probè examinet, trutinet, & excutiat, an pro se, vel contra se, militent ac faciant, nec sic deinde propriis nexibus illigatus cum *Nasone* cantillare necesse habeat: *Heu patior telis vulnera facta meis!* Producendo enim Instrumenta, cuncta quis videtur in iis fateri contenta vera esse, imo scripturæ semel in judicio prolatæ, utrique litigantium communes fieri censentur, *juxta Dd. notata ad L. 3. & Auth. ad hæc. C. h. t.* adeo, ut producens deinde in præjudicium Adversarii pœnitere nequeat, quo minus & ipse iis uti non possit ac debeat, per rationem, quod quisque juris in alium statuerit, eo ipso quoque ut utatur, necesse est *Vid. t. t. quod quisque jur. &c.* Et hanc sententiam in Gallia quoque obtinere attestatur Guid. Pap. *decis* 243. Quam tamen nos haut aliter procedere opi-

opinamur, quam si (1) documentum ab adversario statim utiliter fuerit acceptatum, vel nihil adversus istud regestum. (2) Ab ipso Principali productum. Et (3) de iis probandis agatur, quæ assertivè ac dispositivè; non vero, quæ enunciativè in eô posita sunt. Fallere autem (1) cùm instrumentum falsum, vel nullum redargueretur; aut (2) plura capitula haberet; aut (3) producens solenniter protestatus fuerit, se non aliter, nec alio modo, nisi in partibus ac capitulis pro se tantùm facientibus, admissurum. Quæ cautio sive protestatio, quid, & quomodo prosit, acerrimè inter Dd. disceptatur, *prout videre est apud Gilken. ad L. 14. C. h. t.* In forô tamen receptam esse, testatur Joh. Petr. de Ferrar. *in Prax. sua Papiens. tit. 15. de form. produc. instrum.* & post eum, Magnif. Dn. Carpz. 1. *Constit. 17. defin. 7. & 8.*

LXII. Cæterùm quoad *Editionem*, Actor quidem, *ut supra §. 59. obiter etiam monuimus*, omnia instrumenta, quibus usurus est. *L. 1. §. 3. de Edend.* Reo petenti ad probandam exceptionem suam regulariter edere tenetur. *per L. 4. 5. 6. & fin.* C. *d. tit.* Quod in Reo secùs videtur *per d. L. 4. 5. d. t.* Exceptis (1) documentis communibus. *cap. 12. x. h. t.* (2) Rationibus. *L. 1. C. de Edend.* (3) Quando Actor docet de interesse suo, de quo judice summariè constare debet. *L. 3. §. 9. ad exhibend.* (4) Procuratore Fisci, propter favorem ejus. *L. 45. §. 4. de jur. fisc.* & quæ sunt reliquæ exceptiones. Non quidem in originali, quod restituitur, sed, *ut diximus supra*, in copia, quæ transcribitur per actuarium, aut alios ad id specialiter deputatos, & quidem vel quoad omnia instrumenti contenta, quando id non de unô saltem negotio tractet; *arg.* L. 1. *§. 3. & 4. de Edend.* Vel quoad unum & alterum capitulum saltem, quod in quæstione est, *argum.* L. 3. & L. 10. *§. 2. eod. junct. cap. 5. x. b. t.* attamen

men ſine die & conſule. *L.1.* §.*2. d.t.* Niſi ſint Rationes, vel inſtrumentum falſi arguatur §. *12. circa fin. 1. de inutilib. ſtipul.*

LXIII. Et quoniam Literarum documentis, præcipuè autem privatis, (utpotè quæ communi de jure vel ſolæ recognoſci ſolent per *L.10. C. h.t.* & *Auth. Si quis vult cautè.* C. *qui potior. in pign.* cùm publica per ſe plenam fidem faciant; *cap. 8. x. h.t.* & *L. 11. C. qui pot. in pign.* quod tamen ſecùs eſt de jure Saxonico. *Teſte Magnif. Dn. Carpzov. 1. Conſtit. 17. defin. 20.*) ob falſi metum, adverſus aliquem productis, antequàm debitô modô eadem ab adverſario recognita fuerint, parùm, vel omninò nihil fidei ineſſe liquet; idcircò nec alienum ab inſtituto noſtro arbitramur, ſi paucula quædam, eaque ſcitu ſaltem neceſſaria, hic in ordine quoque de RECOGNITIONE attexamus. *Recognóſcere* autem h. l. *ſecundum* L. *56. de V. S.* & *L. 15.* §. *ult. de Reb. autor. judic. poſſid.* nihil aliud denotat, quàm relegere & cognoſcere, h. e. contenta in ſcripturâ productâ legere, & ſigilla inſpicere, & ſic veritatem agnoſcere; ita, ut RECOGNITIO deſcribi poſſit, quod ſit quaſi debitoris, ejusve, contra quem producitur ſcriptura, confeſſio omnium contentorum. Et eſt duplex: EXPRESSA; vel TACITA: EXPRESSA iterum vel *Propria;* vel *Aliena. Propria,* quæ iterum fit vel in perſona propria; vel delegata; hoc eſt in perſona Procuratoris, vel Mandatarii ſui, *juxta vulgatam juris Regulam:* Quod quis per alium facit, per ſemetipſum feciſſe intelligitur. *cap. 72. de R. I. in 6tô.* Modò ſpeciale adhoc ſibi conceſſum mandatum exhibendum habeat, cùm recognitio ſit res non parvi præjudicii, factâ enim recognitione, plerumque executivè proceditur. *arg.* L. 25. §. *ult. ad* L. *Aquil. vid. Dan. Moller. 4. Sem. 43. n. 3.* Secùs tamen

ob-

obtinere videtur in DIFFENSSIONE, ubi ipse Dominus, vel Mulier, juramentô suô producta documenta diffiteatur, requiritur per L. 12. § 4. *C. de R. C. & Anton. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 1. defin. 31. Et Carpz. 1. Const. 17. def.* 12. *Aliena*, quæ fit per testes; nam & ii in scriptura adhibiti manus suas & sigilla recognoscere tenentur, faterique, se præsentes adfuisse, scriptumque vidisse, & quidem mediante præstitô juramentô, cùm aliàs iis absque juramento regulariter nulla haberi solcat fides. *per L. 9. C. de Test. & cap. 5. &* 51. *X. eod.* Id quod tamen in ipsa principali parte, recognoscente in propriâ persona scripturam suam, ab adversario productam, tàm præcise requiri non videtur, sed vel simplicem quoque istius assertionem, vel confessionem adversus seipsum factam, sufficere. *L. 25. §. ult. de prob. & L.* 1. *cum A. de confess.* Negante autem, vel diffitente, suam scripturam esse, aliter ipsi fides non habetur, quàm si juraverit, alias enim vel facillimè quivis instrumenta adversus se producta declinare posset. Et huic sententiæ consentit etiam JUS SAXONICUM, prout refert *Carpz.* 1. *const.* 17. *def.* 12. TACITA autem ea est, quæ fit præsumptivè, quando quis ex contumaciâ documenta contra se producta nec recognoscere, nec juratò diffiteri velit; quô casû ad preces adversarii, contumacis scriptura pro confessa & recognita habetur à judice, *vid. Gail. 1. obs. 80. num. 6. & de P. P. cap.* 15. *n. 14. & 15. cum Mynf. 3. obs.* 52. Quò accedit, quòd & per mortem quoque tacita recognitio præsumatur, *docente Alex. Trent. 2. Resol. 12.* Item: propter vetustatem antiquæ scripturæ, ac sigilli, *prout videre est apud sæpiùs cit. Rutg. Rul. d. tr. 2. lib. 5. cap. 39. n. 20. & 21.*

LXIV. Ut autem RECOGNITIO plenam probandi vim consequatur, Doctores communiter hæc sub-

ſequentia requiſita neceſſaria exigere videntur. (1) Ut citatio ad illam faciendam emittatur, (2) Ut coram judice competente, vel ejus delegato; & (3) regulariter in judicio fiat, & quidem (4) in continenti, vel ad proximam, & quidem ſub comminatione recognitionum; Id quod tamen quoad Perſonas Illuſtres ac Egregias, It: quoad Senes, Mulieres, ac Valetudinarios limitatum vult Magnif. Dn. Carpz. 1. *C. 17. def. 17.* cùm plerumque judicii Notarius ad ædes harum ac ſimilium perſonarum mitti ſoleat, coram quo documenta ſua b. f. recognoſcunt. (5) Ut Scriptura, quæ recognoſci debet, non ſit irrelevans, vel prorſus incógnita, & quidem vel propter mortem ac abſentiam ſcribentis, aut teſtium; vel quòd penitùs careat ſcribentis nomine ac ſigillo, ita, ut cujus nomine exarata ſit, omninò non appareat. vid. Carpz. *d. C. 17. def. 17.* Secùs tamen *juxta Eundem def. 21. & 22.* dicendum eſt, ubi vel minima cognitio alicujus manus, vel Sigilli (contrahentis nomen exprimentis) appoſiti Scripturæ, haberi poteſt, licèt ea manû ſigillantis ſit néc ſcripta; nec ſubſcripta. *Confer præcit. Vir. 3. Reſponſor. 79.* (6) Ut recognitio fiat bona fide, ita, ut debitor inſpectis ac perlectis literis dicat, ſe recognoſcere eaſdem non modò pro ſua manu atque ſigillo; ſed & pro ſua obligatione, h. e. quòd iſtas bona ſuâ voluntate, cauſaque obligationis, ut debitor, ſcripſerit, vel ſubſcripſerit, ac ſubſignaverit. Et denique (7) ut nolens recognoſcere ſcripturam, præſtet juramentum, ſe manus & ſigilli præſentis notitiam non habere; ſive ſit Principalis; ſive Teſtes utpote qui alias indifferenter jurare coguntur, ſive agnoſcant, ſive diffiteantur inſtrumenta ac ſigilla; eaque ſive ſint ſua, ſive aliena. Vid. *Rud. d. tr. lib. 5. c. 39. n. 24. & 25.* Matth. Coler. *part. 3. cap. 1. n. 164. 108. 123. & ſeqq. de Proc. Execut.*

LXV. Et

LXV. Et tantum quoque de Recognitione, quæ fit confessione tùm ipsius Principalis, tùm testium; tanquam ordinario Remedio. Cùm verò eveniat quandoque, ut nec recognitioni, nec juratæ diffessioni locus sit; ideoque, ne statim eo in casu, scripturâ negatâ, omnis quoque fides denegetur, in summum producentis præjudicium Dd. non immeritò huic *Ordinario* aliud *Extraordinarium* seu *Subsidiarium* Remedium substituisse videntur, nempe Comparationem *Literarum*, quæ licèt in, ac per se, satis debile & fallax præbeat judicium, cùm permulti reperiantur, qui tàm artificiose, tàmque exactè, *ut Zas. lib. 2. singul. Responsor. 21. in fin. de Monacho quodam Augustino exemplum refert*, in pingendis literis, alterius manum seu ductum literarum imitari callent, ut quis juraret, unam eandemque scripturam esse; attamen junctis aliis adminiculis, cum mox *laudato* Dn. Carpzov. *d. l. defin. 15. & 3. Responsor. 84. tit. 8.* non dubitamus, quin, ubi per omnia concordans literarum ac sigillorum reperitur similitudo, in subsidium aliarum deficientium probationum, in civilibus, contra negantem, plenam faciat fidem; præsertim, cùm ex scriptura, quæ vel ex Archivo publico deprompta, vel tribus testibus subscripta, vel ab ipsomet Reo convento indubitatò exarata fuerit; comparatio ad productam instituitur, per L. 20 *C. h. t. & ibi Sichard. n. 9. & 10.* Et hujusmodi *comparatio* literarum non nisi ad petitionem partis conceditur, ante omnia tamen priùs jurantis de calumnia, & dolo: (1) se nec lucri, nec inimicitiæ, nec ulla alia de causa petere hanc comparationem, quàm quod verum putet *&c.* (2) Se cæteris aliis probationibus destitutum tandem ad hoc subsidium venire. Et (3) se in neutro documento, neque *ex quô*; neque *ad quod*, comparationem fieri postulat, quicquam

quàm machinatum fuiſſe &c. *per d. L. 20. C. d. t. & Nov. 73. c. 7. pr. & §. ult.* Pluribus hac de materia conſule Rul. *p. 2. l. 5. cap. 38. per tot. de Commiſſar. & Commiſſ. & C. I. A. tb.* 14. *h. t.*

LXVI. Supereſt jam ex cæteris hactenus evolutis cauſis delibanda adhuc in ordine ultima, nempè CAUSA FINALIS, quæ duplex eſt: PRINCIPALIS ſive *Primaria;* MINUS PRINCIPALIS ſive *ſecundaria.* PRINCIPALEM dicimus, ipſam FACILITATEM probationis. Vix enim Scripturæ, utpote quæ diuturnitate ſua omnis ferè generis probationes ſuperant, ſemperque loqui præſumuntur, alium in finem, quàm ut rerum geſtarum veritas ac probatio ſemper in promptu habeatur ac conſervetur, confici ſolent, *per L. 4. ff. & C. h. t. & L. 12. de prob. L. 29. C. de teſtam. cum cap. 43. X. de Teſt.* NEC OBSTAT *L. 15. C. fid. inſtrum.* Ubi eadem probandi vis teſtibus, atque inſtrumentis, aſſeritur; Diſtinguendum enim putamus inter Modum, & Effectum probationis, ita ut de Effectu ſaltem probationis in contrarium allegata *L. 15. C. d. t.* accipienda veniat; non autem etiam de Modo, utpote qui ab Effectu multum differt; In Inſtrumentali enim probatione eſt ſummarius, celerisque expeditionis; ita ut probata per inſtrumenta publica & privata confeſſata, ſtatim pro liquidis habeantur, adeoque executioni mandanda; Quod tamen ſecùs eſſe videtur in probat. per teſtes. *conf. Fibig. in proceſſ. ſuo ſumm. pag. m. 71. n. 4.* MINUS PRINCIPALEM ſive *ſubordinatam*, & ex prima quaſi reſultantem, putamus conſiſtere in VALIDITATE ac SOLENNITATE Actûs, quæ eſt ipſa ſcriptura, ſine quâ aliàs inefficax foret; Et hujusmodi eſt Reſcriptum & Mandatum Principis, ſive in vim privilegii, ſive alia ex cauſa emanaverit, *per* L. 3. *C. de div. Reſcript. &* L. 3. *C.*

de Mandat. Princip. Item Epistalma, *h. e.* commissio Principis per mandati subscriptionem facta. L.3. *C. de quadrien. præscript.* & Gesta, quæ propriè scripto constare debent, ut sunt (1) omnia ferè Acta judicialia, videl. libelli civiles, & criminales, *Auth. offeratur. C. de lit. contest.* Sententia. *c. 8. Caus. 2. qu.* 1. Appellationes *L. 6. §. pen. C. de Appell.* & quæ sunt alia. (2) Contractus Libellarii, in quibus specialiter Lex Scripturam pro formâ requirit, ut: in rerum Ecclesiasticarum venditione, *c. 52. Caus. 12. q. 2.* earumque perpetuâ Emphyteusi. *Nov. 7. cum L. 1. C. de jur. Emphyt.* It. in Adoptionib. *L. ult. C de Adopt.* Emancipationib. *L. 2. & pen. C. de Emanc.* & quàm plurib. aliis. *L. 17. C. h. t. &* L. 13. *C. de N.N. P. & d. constit. Maximil. I. de Notariis. §. 11.* Et (3) Testamenta in scriptis celebrata, quibus scriptura pro forma attribuitur *L. 8.* C. *de Testam.* Item: Inventarium, in quo res pupilli descriptæ sunt. L. *fin.* C. *arbitr. tutel.* Pluribus vid. *Barbos. locuplet. lib. 17. cap. 13. Axiom. 4.*

LXVII. Perlustratis autem sic hactenùs documentorum causis, tùm Internis; tùm Externis, restat nunc tandem, ut breviter, quantum modò fieri potest, Eorundem quoque Effectum evolvamus. Quem duplicem constituimus; Primum; & Ortum. Primum consistere opinamur in Probatione Literali, ita ut cujuslibet literarii documenti juxta suam formam confecti, sit, & solius, fidem scripturâ facere *L. 2. L. 4. ff. h. t. & L. 19. C. de transact. junct. Gail. 1. obs. 106. n. 5.*

LXVIII. Et quidem respectu Mere ac κατ' ἐξοχὴν Publicorum Documentorũ dicimus; Illa, sive sint insinuata, sive apud Acta facta, aut sigillata; aut ex Archivo publico deprompta, Per Se, absq; ullo alio adminiculo, inconcussam & perpetuam firmitatem obtinere dicuntur, *L. 30. & 31. C. de don. L. fin. C. de Re judic. & L. 19. C.*

 de

de Testam. ita ut Doctoribus sint probationes probatæ, non probandæ *&c.* Quod enim hoc modo constat, evidenter constat, imò evidentissimè, *per cap. 9. X. de probat.* adeò, ut nec recognitione (modò inspectio quædam, aliqualisve examinatio præcesserit *L. fin. C. de Edict. Div. Hadr. toll.*) ne fori disceptatione opus habeat. Unde etiam est, quod nec testibus reprobari possint; sunt enim his potiora, *per L. 10. de probat.* multò minùs aliis instrumentis privatis, vel etiam secundum quid publicis. vid. Treutl. *d. l. th. 5. lit. C.* Id quod tamen (1) quoad verba assertiva ac dispositiva saltem; non verò æquè quoad enunciativa seu narrativa verum putamus. Et (2) quoad Authentica ac Originalia Documenta:, Regulariter enim copiæ s. Exempla propter metum calumniæ, quod describens facilè aliquid in iis mutare, vel errorem committere possit, nullam mereri fidem in judicio creduntur *per L. 2. ff. h. t. & cap. 1. X. eod.* Nisi (1) Exemplum istud apud Acta, vel in Archivo reperiatur debito modo ex originali transumptum *per A. adhac C. h. t. Nov. 49. cap. 2. & L. 2. C. de testam.* Vel (2) à Notario intervenientibus requisitis, quæ recenset Mynf. 6. *obf. 73.* transumptio facta fuerit. Vel (3) idem Tabellio, qui confecit originale, etiam scripserit Exemplum L. 24. *qui testam. fac. poss.* Vel (4) ex voluntate utriusque partis Originale à Tabellione exemplatur. Vel (5) ipse Adversarius mihimet communicârit Exemplum, per L. 13. *C. de N.N.P.* Vel denique (6) in nimiùm antiquis versemur factis, ubi & exemplo creditur. *cap. 13. X. de prob.* vid. Gilhaus. *in Arb. judic. civ. cap. 6. part. 3. de instr. n. 32.* & Carpz. *1. c. 17. def. 38.*

LXIX. Et Hisce merè Publicis Documentis, non debilioris viliorisve virtutis esse videntur porro quoque Scripturæ ac Libri OFFICIALIUM publicorum,

extra Archivum vel Curiam versantium, super rebus ac causis eorundem officium concernentibus, ita, ut non tàm *contra* scribentes, quàm *pro* scribentibus quoque firmam inducere videantur probationem *arg.*L.10. §.1.*& praeced.*L.9.§.2.*de Edend.* Nisi quod forsan in quaestione falsi sive suspecti admittant probationem in contrarium; *per d.*L.18.*C.de prob.& *L.14. *C.de Contr. & com. stipul. confer. th.* 19. Minimè tamen praesumendum, hujusmodi Ministros, utpotè quorum fidem & integritatem Magistratus ac civitas jam tùm satis probè perspectam ac exploratam habet, aliquid scribere, quod sese in rei veritate non ita haberet, cùm jurejurando, vel stipulata manu sanctissimè promiserint, se velle officium suum citra ullius praejudicium, quàm fidelissimè exequi. Jam verò *juxta Arist.lib.*1.*Rhet.ad Alex.c.*18. Nemo, qui gravem Dei vindictam, ignominiamque hominum metuit, creditur tàm facilè perjurium committere, ullumve temporarium commodum aeternae saluti suae, anteponere velle. *c.26.caus.*1.*qu.7.vers.& licet. junct.cap.*13.*X.de praescript.* Quilibet igitur, praecipuè hujusmodi de publico adscribendum deputati & jurati Ministri ac officiales tamdiu boni praesumendi, donec reperiantur dolosi, *per* L.51.*pro soc.& cap.un.X.de scrutin. in ord.fac.cum cap.ult.in fin.X.de praesumpt.* Superadde his, *Reformat.Norimberg.sub tit.* von gemeiner Stadt-Amtleuthe Bücher. *ibi:* So soll denenselben zu gantzer Beweisung völliger Glaube gegeben/ und darauf wieder Beklagten mit *execution* verholffen werden ꝛc.

LXX. Quod autem ulteriùs & in specie Notariorum instrumenta concernit, quin & illa, positis omnibus necessariis requisitis, plenam ac publicam faciant fidem inter eos, quorum causâ confecta sunt, satis vel ex solo Diplomatum Caesareorum tenore, seu

communi formula videre licet, ubi plerumquè hæc habentur verba: *Decernentes, ut omnibus instrumentis & scripturis per hujusmodi Notarios publicos confectis & conficiendis, ubilibet plena ac publica adhibeatur fides. &c.* Nam & Hi quoque, propter præstitum juramentū ratione officii sui, non præsumuntur falsum scripsisse, nisi apertissimis argumentis edoceatur contrarium *d. L. 13. C. de N. N. P. & Gail, 2. obs. 71. n. 1. 2. & ult. & Beust ad L. 31. de jur. jur. n. 706.* Et hæc non tàm de solennibus sive Authenticis Notariorum Instrumentis, quàm de eorundem quoque Protocollo sive Libro rogationum (in quantum præter ipsum actum, tempus, Nomen Imperatoris, etiam subscriptionem & consuetum Notarii signetum contineat,) vera putamus *per Nov. 44. cap. 2. & d. Constit. Maximil. I.* §. Fürter befehlen wir. 5. & §. Und wiewol ein *protocoll. 9. de Notar.* ubi summo studio atque industria Tabellionibus protocollum suum asservare injungitur, non aliam sanè ob causam, quàm ut, deperditis forsan casu fortuitô instrumentis, vel exortô circa Authenticum dubiô, hoc exindè decidi, vel novum aliud, exigente necessitate, transumi queat; ita, ut sic protocollo, tanquam vero ac indubitato originali continenti ipsum contractum, factoque sub publica fide, si non Major, ut vult Guid. Pap. *in Decis. Grat. 19. num. 4. per vulgatum illud: Propter quod unumquodque tale est, illud magis tale est* &c. certè tamen non minor inde fides sit habenda, *prout eleganter demonstrat Petr. Frid. Mind. lib. 2. c. 69. n. 17. de mandat.*

LXXI. E diverso tamen non periclitatur Fides Instrumenti Solennis ac Authentici, si Protocollum fortè ex casu fortuito ablatum, deperditumve, exhiberi nequeat; Est enim illa ipsa Scriptura, ab ipsomet Protocolli Autore confecta, quæ sanè non pro Exemplo, sed

ſed indubitato Originali cenſenda, ita, ut proindè Protocolli adminiculo minimè opus habeat, *per gloſſ. ad* L. 24. *qui teſtam. fac. poſſ.* Nec facit in contrarium *Nov.* 44. *cap.* 2. utpotè quæ ſpecialiter ad Urbem Conſtantinopolin reſtringenda videtur. Imò nec verbum ibi reperire licet, quòd Inſtrumento Tabellionis ſemel ſolenniter facto, fides non habeatur, propterea, quod Protocollum non appareat. vid. Covar. 2. *Pract. Quæſt.* 19. *n.* 3. Cæterum & hoc in tranſumptione alterius Notarii (forſan prædefuncti) Protocolli hîc breviter notandum, quòd Extracto per alium, non niſi, interveniente Magiſtratus publici juſſu, citatisque intereſſe prætendentibus, ob grave præjudicium, quod partibus hinc aliquando exoriri poſſit, fides adhibenda. *cap. pen. X. h. t.* & §. Und wiewohl 17. *d. Conſt. Maximil. I.* von Notar. vid. Scacc. *de judic. cauſ. civil. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 603.

LXXII. Atque hæc de Merè; & quodammodò Publicorum Documentorum Fide ac probatione dixiſſe ſufficiant, reliquum nunc eſt, ut pauciſſimis, quibus modò fieri poteſt, etiam diſpiciamus, quam, qualem, quantamve *privata Scriptura* faciant ac mereantur fidem. Et quidem quod *abſolutè* ac *merè* privatas attinet, cùm variæ ac diverſiſſimæ dentur ſpecies, *prout ſuprà in th.* 21, 22. *& ſeqq. apparet.* quarum unaquæque ſingulare quid contineat; de quibus tamen ſingulis peculiarem hic inſtituere tractationem nimis tædioſum foret, brevitati ſtudentes, tentabimus, utrum ſic totam rem unâ vel alterâ generali concluſione ac limitatiunculis incluſam commodè expedire poſſimus.

LXXIII. Concluſio Ima eſt hæc: Quod *Scriptura*, in ac per ſe, ſive *ſimpliciter* ac *merè privata*, pro Scribente ac Proferente omninò nihil probet, *per* L. 5, 6. & 7. *C. de Prob.* adeò, ut nec Fiſci, (ut ut aliàs

 pin-

pinguia satis indulserint privilegia Imperatores,) privatis suis subnotationibus credendum. *per d. L. 7. C. d. t. & L. ult. C. de conven. Fisci debitor.* Nisi aliundè adminiculum vel supplementum hujusmodi scripturæ privatæ accesserit, ut putà: Quando (1) scribens vir fuerit probatæ fidei, integræ famæ ac existimationis, semperque veritatem scribere solitus, argum. *L. 5. §. 6. de Re milit.* (2.) Scriptura in se continet verisimilia v. g. causam debiti &c. *per th. 58.* Vel (3) eam adversarius expresse recognoverit, vel tacitè nihil contradicendo acceptaverit. Vel (4) Idem ipsemet eam produxerit. *ceu de his suprà in th. 61. & 64. fusiùs dictum.* Vel (5) quòd scriptura connexa contineat, unum pro scribente, alterum contra eum. L. 26. §. *fin. depositi.* Vel (6) Scriptura sit valdè antiqua. Wesemb. *parat. h. t. n. 6.* Vel (7) quod Mors scribentis fidem auxerit. Gail. 2. *observ. 43. num. 6.* Vel denique (8) summa in hisce scripturis sit modica *per* L. *pen. cum seq. C. de R. C. & Nov. 73. cap. 8.* II. Multò minùs autem contra Tertium, ut statuit Gail. 2. *obs. 37. n. ult.* hanc subdens rationem, quod cujusque scriptura sit stricti juris, adeoque vim suam non potest extendere ad alios aliave, quàm inter quos & de quibus convenit. *L. 21.* C. *de probat. & L. 3. de transact.* exemplo stipulationis, §. 4. *I. de inutil. stipul. L. 98. §. 17. de V. O.* unde & actum permanentem habere dicitur. *Vid. t. t. C. Res inter alios acta, vel judic. aliis non nocere.* Nisi quis Heres sit, aut successor scribentis, *L. 8. pr. & L. 37. de acquir. vel omitt. hered.* L. 14. C. *de R. V.* III. Utique tamen contra Scribentem ac Producentem, ejusque Successores. *L. 26. §. fin. deposit. L. 25. §. ult. de probat. & L. fin. de constit. pecun.* Etiamsi se subscripserit modò, aut sigillum saltem suum apposuerit, *L. 8. §. 15. quib. mod. pign. vel hypoth.*

solv.

solv. imò licèt vel maximè quoque manu planè alienâ, voluntate tamen contrahentis, exarata sit; meâ namque manu scriptum intelligitur, quod meâ scriptum voluntate liquet. *arg. L.15. §.2. ad* L. *Corn. de fals.* Per rationem *in* L. *ult. c. arbitr. tutel.* assignatam, quòd Nemo facilè tantæ, vel tàm stolidæ simplicitatis reperiatur, qui falsam adversus se exarare velit scripturam. Quod tamen FALLIT, (1.) Si quis extemplò contrarium probare vellet, excusans se, quòd vel ex errore, vel otiosè per jocum, calamum experiundi gratiâ, ita scripserit; id quod in civilibus saltem causis, vix ægrè autem in criminalibus, procedere asserit Nicol. de Passerib. *lib.* 1. *quæst. 4. num. 108.* (2) Si scriptam à se quis abnegaverit; antequam enim ab ipso scriptam evincitur, ista scriptura non probare videtur *per* L. 20. *p. h. t. Matth. Steph. ad Nov. 73. num. 31. & suprà th. 61, 63, & 65. Confer & Carpzov. 1.* C. 17. *def.* 21.

LXXIV. MIXTA autem literarum documenta Privata, utpotè quæ vel ex LEGE, vel CONSUETUDINE, vel expressâ CONVENTIONE partium, præter scribentium autoritatem privatam, aliis adminiculis suffulta sunt, quin plenam mereantur fidem, minus habet dubii. Et quidem ex LEGE quæ juxta dispositionem L. 11. C. *qui pot. in pign.* tribus pluribusve testibus corroborantur, quod attinet, res videtur omninò expedita, juxta ipsius Salvatoris nostri *Matth. 18. vers. 16.* verissimum Effatum: *In ore duorum vel trium consistit omnis veritas*; undè & hi vulgò nati versiculi:

Cautio privata, trino cum teste notata,
Hoc jus est nacta, quod cautio publica facta.

LXXV. Vi STATUTI autem ac CONSVETUDINIS, ceu quæ ejusdem cum Lege virtutis atque efficaciæ perhibetur. L. 32. §. 1. & L. 35. *d.* LL. *junct. cap. ult. x. de*

x. de consuetud. & 2. feud. 1. ob publicam commerciorum utilitatem certis justisque ex causis fieri ac induci posse, ut MERCATORUM quoque LIBRI ac Regesta, licèt in se privatæ sint scripturæ, pro publicis habeantur, adeoque pro scribentibus quoque, quoad mercaturæ & negotiationis exercitium, plenam faciant fidem, cum Dd. (quos post alios longô catalogo recensuit Beust. *ad d. L. admonendi, num.* 1020. Jacob. Ayrer *in Process. suo Historic. part.* I. *cap. 9. obs. 8. num. 6.*) non diffitemur. Et hujusmodi consuetudinem, vel statutum, jam tùm Florentiæ & Bononiæ vigere, testatur Castrensis *ad d.* L. *admonendi.* Venetiis, ac Romæ, imò per totam ferè Italiam, Bursat. *Consil.* 39. *num.* 28. Turret. *consil.* 47. *num.* 3. Amstelodami, Norimbergæ, Friburgi, & alibi in Germaniâ, Johan. Sichard. *ad* L. 7. C. *de Probat. num.* 7. *in fin.* Aliis autem in locis, ubi talis consuetudo ac statutum non obtinet, *semiplenè* saltem Mercatorum Codices probare vult Magnif. Dn. Carpz. I. *C.* 17. *def.* 35. *& seq. &* 3. *Responsor.* 58. ita, ut, in subsidium proferenti possit juramentum suppletorium deferri; duas hasce sequentes subjungens rationes. (1) Quòd in causis Mercatorum, non tam ex juris apicibus, quàm ex naturali æquitate ac bonâ fide, quam potissimùm isti invicem sequi amant, judicandum. (2) Quod aliàs quoque Mercatores quibusvis mercium suarum emptoribus, etiam sine Chirographô, fidem habere soleant; Etenim nimis operosum ipsis foret, si de singulis negotiis ac particellis probationes parare deberent; Igitur & tantò æquius ex adverso videtur, ut plus fidei Eorundem Libris tribuatur, atque aliorum privatis annotationibus, cùm illi non tàm facilè, atque hi, falsum scribere præsumendi, idque hâc ex ratione; Nam si Liber Mercatoris reperitur

peritur falsus in unâ particellâ, subindè præsumitur falsus quoque in omnibus, quod sanè Mercatori, qui totum ferè Patrimonium vel substantiam suam in Mercaturâ habere solet, in non leve vergeret præjudicium atque jacturam, *Bach. ad Treutl. 2. disp. 4. th. 2. lit.* B. Id quod tamen ipsemet non aliter acceptum atque intellectum vult, quàm ut tria hæc subsequentia requisita conjunctim interveniant. (1) ratione *subjecti*, ut Mercator persona sit honesta, bonæ ac illæsæ famæ, semperque veritatem scribere adsueverit, ita ut ab omnibus pro tali habeatur. *arg.* L. 12. *de pign. act.* & L. 13. §. 1. *de usur.* (2) respectu *Objecti*, ut Libri, sive Regesta Rationum contineant data & accepta, cûm speciali designatione *Loci & temporis*, nempe diei, Mensis, & Anni. L. 82. *de condit. & demonstr.* Et (3) ratione *causæ formalis*: ut causa debiti in iisdem, ex quâ scil. causâ, & à quo acceptum, vel cui expensum, latum sit, clarè ac specificè determinata & assignata sit. L. 12. §. *ult. de prob.* L. 5. C. *de Exact. Trib. Confer.* die Würtenbergische Landt-Ordnung. *de Anno* 1.5.54. *part. 1. p. m. 58. sub tit.* der Kauffleuth- und Handwercker Schult-Bücher *rc.* It. die Nürenbergische *Reformation. tit. 8. §. 7. Et denique Statutum Francofurt. sub. tit.* von Beweisung/ so durch Schrifftliche Uhrkundten *rc.* in §. Etliche seind Schuldt-Bücher *rc.*

LXXVI. Sic pariter nec minorem *attestante Rutg. Rul. p. 2. lib. 5. cap. 9. n. 7. de commiss.* fidem quoque progenerare solent Libri Nobilium censuales circa servitia, aliaque onera præstanda à Rusticis. Modò (1) Vel semel à colonis ac subditis, quoad præstationes istas atque servitia speciatim in iis adnotata, pro veris ac legitimis habiti fuerint, dum nempe vel ipsimet Rustici eosdem aliquoties pro sese allegaverint; vel iisdem

adverſus ſe productis nihil contradixerint. Vel (2) admodùm pervetuſti, & in armario familiæ penes Seniorem hucusq; integri diu aſſervati, exindeque deprompti fuerint, *&c.* Deſtituti autem hiſce & ſimilibus adminiculis, ita, ut ex iis, nec quô tempore, nec quibus præſentibus, nec à quò, conſcripti ſint, intelligi queat, tunc meritò ad inſtar merè privatæ ſcripturæ alicujus, nihil quicquam contra Ruſticos probare merentur *per d. L. 7. C. de probat. & ea quæ omnium dexterrimè hac in materia ſuppeditavit Laudatiſſimus Carpz. 3. Reſp. 83. Tit. 8.*

LXXVII. VOLUNTATE autem ac CONSENSU PARTIUM privatas quoque ſcripturas plenè inter Eaſdem probare, expediti juris videtur. *per* L. 1. *pr. &* l. 7. §. 7. *de pact. junct. cap. 1. x. eod. & L. 24. in fin. depoſ. ubi contractus ex conventione partium Legem accipere dicuntur.* Ratio autem videtur hæc, quòd quilibet juri ac favori pro ſe introducto renunciare queat. *L. pen. C. de pact. &* L. 46. *ff. eod.* in quantum ſcil. non contra LL. vel jus publicum, vel in alterius grave præjudicium vergat; Jam verò quòd ſcriptura privata regulariter fidem non faciat, procul dubio ipſarum partium favore introductum videtur. E. & huic renunciare poſſunt; Id quod & ipſe glorioſiſſimus Imperator noſter Juſtinianus in *Novell. 37. cap. 4.* aſſerere videtur, in verbis: *Non, ut credentes privemus fide ſuâ circa amicos, ſed, quantum poſſibile eſt, & perfidiam & negationem multis revincamus modis &c.* Cui adſtipulatur quoque *L. fin. §. ult. C. de Tempor. & repar. Appel.* textus ſanè valdè notabilis, in quo tanta in probationibus partium aſſeritur autoritas, ita, ut eaſdem pro lubitu, reſtringere vel ampliare poſſint. *L. fin. C. de Teſt.* iisdemque fidem tribuere, quibus aliàs denegatur, *arg. cap. 39. x. eod. Vid. Partit. Element. Magnif. Dn. Cancellarii* TABORIS *part. 3. ſect. 3. th. 39. & alibi.*

LXXVIII.

LXXVIII. Et ſic ex hiſce breviter hucusque enarratis, facilè nunc quoque dijudicare licebit, quam, qualem, quantamve cæterorum, e. g. Aromatariorum, Adminiſtratorum, Procuratorum, Factorum, Tutorum ac Curatorum &c. Rationes ac Diaria progenerare ſoleant fidem. De quibus, aliisque pluribus omninò conſule integr. Tract. Munnoz de Eſcobar. *de Ratiocin. adminiſtrat.* Et Nicol. de Paſſer, *de priv. ſcript.* Et tantum de Effectu primo.

LXXIX. Ortus videtur eſſe parata Executio, quâ non ſolùm Publica & Quarendigiomata; ſed & privata literarum documenta liquida, verifica, ac recognita ſive confeſſata hodiè gaudent; Et hoc, ſi non expreſsè de jure civili communi, *prout communiter ſtatuere videntur Doctores,* nihilominùs tamen vi ac virtute Vel receptæ conſvetudinis ſeu ſtatuti, cujusmodi Florentiæ, Papiæ, Mediolani, Mantuæ, Ferrariæ, & per totam ferè Italiam vigere teſtis eſt Mandos *qu. 71. num. 10. de inhibit.* Item in terris Saxôniæ ac Thuringiæ, *per Ordin. Prov. de Anno 1555. promulgatam, ſub rubr.* Verſetzte Brieffe und Siegel. It. in Ducatibus Brunſv. & Lunæburg. *per conſtit. D. Frid. Ulrici* zu Calenberg *de Anno* 1617. von untadelhaften Siegel und Brieffen. *Et alibi.* Vel contrahentium expreſsè pacti inſerti; Daß der Creditor oder Gleubiger über dieses auch mit recht wolbefugt seyn/ und macht haben soll/ in fall der Debitor uf anberaumbten termin mit der Zahlung nicht einhalten/ oder säumhaftig darmit werden möchte/ sich alsobalden eigenes Gewalts in dieselbige ihme hierzu verhypothecirte Güther zu immittiren und daraus bezahlet zu machen tanquam omni jure peracto &c. *Wilh. Anton. Freudeberg. concl. 46. pr. Reſcript. Morat.* non obſtantibus quibuscunque exceptionibus à Reo prætenſis.

ſis. Nisi is in continenti docere paratus ſit, ſe jam tùm hiſce literis exhibitis ſatisfeciſſe, *per d. conſtit. Provinc. & Calenberg. ibi:* Wird auf klare Brief und Siegel executivè verfahren/ und keine andere exception, als ſolutionis, darwieder nicht zugelaſſen 2c. Non quidem ſubindè realiter procedendo, nempe poſſeſſiones privatâ autoritate invadendo, res, bonaque captando, quod Belligeratorum eſt; ſed exhibendo priùs judici debitoris chirographum in originali, & deſuper pro citando Reo ad recognoſcendum & ſatisfaciendum cum comminatione decernendæ Executionis, non ſubſeqvutâ intra præfixum terminum ſolutione &c. Nobile ejusdem officium implorando &c. Formulam exhibet Gothofred. Fibig. *in Proc. ſuo Execut. p. m. 76. Confer. R. I. de Anno 1600. §. 31.* Ob auch auf *obligationes &c.* Matth. Coler. *p. 1. c. 3. n. 118. & ſeqq. p. 3. c. 2. n. 7. 8. 9. & ſeqq. de Proceſſ. Execut.* Petr. Frid. Mind. *lib. 2. c. 69. & 78. de Mandat.*

LXXX. Properandum nunc, prælibatis *conſentaneis* in cauſis ac Effectibus literariorum Documentorum, ad eorundem DISSENTANEA ſeu CONTRARIA, h. e. ad conſiderationem Cauſarum & Modorum, quibus documentorum vis ac validitas vel *Impugnatur* ac ſuſpecta arguitur; vel planè omninò *tollitur* ac ſubvertitur. *Omninò tollitur:* vel *Diſſenſu;* vel *ipſo jure: Diſſenſu,* h. e. contrariâ voluntate vel *unius* & *ſolius*, cum ſcil. id ab unius arbitrio dependet, ut: Teſtamentum, donatio mortis causâ &c. vel *mutuo* atque unanimi *eorum,* quorum intereſt, quando à plurium conſenſu. Nihil enim tàm naturale firmum eſt, quin viciſſim infirmari ac diſſolvi queat. *per L. 35. & L. 100. de R. I.* Sic naturaliter inter contrahentes inita obligatio inſcripturam redacta tollitur, ſublatâ ejusdem causâ, propter

quam

quam constituta est; id quod fit vel *Expressè*; vel *Fictè* ac *Tacitè*: *Expressè*; ut in debiti solutione, vel rei restitutione, aliisque liberationum modis, *per t. t. I. quib. mod. obligat. toll.* adeò, ut, licèt vel maximè chirographum redditum non fuerit, nihilominùs tamen vel solâ debiti solutione factâ quis, tutus esse possit; *per L. 5. C. depositi & L. 7. C. de Except. & præscript.* planè enim in efficacia, inania, ac extincta hujusmodi chirographa posteà sunt, & vulgò appellantur: getödtete/oder dürre Brieffe. Cæterum Debitores ad evitandas varias difficultates longè cautiores agere videntur, si præter Apochas, quas regulariter hodiè post factam debiti solutionem Creditores Debitoribus poscentibus conscribere solent, etiam sua chirographa, licèt cancellata, repetant à Creditoribus atque recipiant, ut iis scil. eò fortius factam solutionem probent. L 14. *C. de solut. L. 18. C. de Test. & L. 19. C. h. t.* *Tacitè* autem seu *Fictè*, h. e. præsumptivè; ut in restitutione seu redditione chirographi debitoris à Creditore, *L. 2. §. 1. de pact.* non quidem ipso jure, sed ope exceptionis. L. 24. *de prob.* L. 18. §. *2. de donat. mort. caus. & L. 3. §. 1. de liberat. leg.* Chirographo enim adhuc penes Creditorem reperto, regulariter præsumitur, obligationem nondum esse dissolutam. *L. 84. §. 7. de Leg. 1.* NISI aliis argumentis sufficientibus obligationis satisfactio edoceatur. L. 15. *C. de solut.*

LXXXI. IPSO JURE verò subverti Documentorum fides videtur vel respectu FORMÆ; vel MATERIÆ eorundem: Ratione Formæ, iterum vel CONFECTIONIS; vel PRODUCTIONIS.

LXXXII. Ratione FORMÆ CONFECTIONIS, pro generali Regulâ tenendum: Quod omne literarium

documentum, sive sit publicum, sive sit privatum, non rectè ac ritè, i. e. non juxta solennitates & necessaria sua requisita, *supra th.53. & 54.55. & seqq. recitata*, factum, sit ipso jure nullum, *arg. L. 1. & t. 1. ff. de injust. rupt. irrit. fact. testam.* debitâ enim formâ destitutum, omnino imperfectionis ac falsitatis arguitur §. 8. *I. quib. mod. testam. infirm. junct. arg. L. 9. § 3. in fin. ad exhibend.* Hinc quodvis instrumentum publicum, ex clausulis insolitis, contra stylum & morem Curiæ emissum, falsi suspicionem haut effugit, *arg. cap. 5. vers. eos etiam. & clarius: cap. x. de Crim. falsi.* Cujusmodi exemplum de Cingaris, vulgò Tartern oder Ziegeiner (*de quorum vitâ, moribus ac origine elegantem discursum haût ita pridem conscripsit Prælaudat. Nobiliss. Fritschius*) sub prætextu salvi conductus Cæsarei retulit Petr. Frid. Mind. *lib. 2. c. 8. n. 7. de mandat.* Veluti nec minùs Scripturæ Archivales, si alio Autore, quàm manu commentariensis adnotentur. *L. 45. §. 7.* de Jur. Fisci. & C. I. A. *th. 9. h. t.* Item Acta negligenter, inusitatis clausulis, scripta. *cap. 11. x. de probat.* & Mynſ. 2. *Obs.* 16.

LXXXIII. Ratione FORMÆ *Productionis:* Si scripturæ, quæ proferuntur, in substantialibus invicem sunt diversæ, pugnantes, ac contrariæ, nec repugnantia s. contrarietas ista commodâ aliquâ distinctione, vel interpretatione conciliari queat. *arg. cap. 6. x. h. t.* Non parum autem refert scire, num *ab eâdem parte*, utrum verò *à diversis* productæ sint? Priori enim casu neutri fides tribuenda, *L. 14. C. h. t.* & L. 188. *de R. I.* Et ratio videtur esse, quòd producens hujusmodi sibi obloquentia documenta quoad omnia tacitè approbare censeatur, *prout suprâ th. 61. meminimus.* Impossibile autem cùm sit: Contradictoria simul esse vera; non possunt non ex collisione utrinque vim ac efficaciam suam

ſuam perdere; Et hoc quidem non tàm per ſe, quàm potiùs ex utentis confeſſione. Nec quicquam *juxta d. C. I. A. th. 17. b. t.* intereſt, utrum Actor, num verò Reus, (ut ut aliàs favorabilior Actore æſtimetur, L. 112. *de R. I.*) produxerit, cùm nemo allegans contraria audiatur. L. 100. *de Condit. & Demonſtr.* L. 1. *C. de furt.* Poſteriori autem caſu; Ubi *diverſa* à *diverſis* propoſitæ ſunt ſcripturæ, illæ rurſus ſunt vel ejusdem autoritatis; aut non: illo caſu, ſi autoritas ad fidem diſcerni nequeat. i.e. præter ſimilitudinem ſcripturarum utrinque nihil ampliùs appareat, tunc, quia Actor nihil probare videtur, Reus abſolvi debet L. 4. C. *de Edend.* Nisi alterius cauſa fuerit evidenter favorabilior *cap. 3. x. de probat. L. 47. de Legat. 2.* L. 24. *de Manumiſſ.* L. 38. *de Re judic.* Hoc autem reſpectu, nempe cùm diſparis reperiuntur autoritatis, potiori & veriſimiliori inhærendum opinamur L. 13. *de prob.* L. 21. *§. fin. de Teſt.* L. 14. *C. de contr. & comm. ſtipul.*

LXXXIV. Reſpectu Materiæ, & quidem Objectivæ, ſive Objecti circa Quod; Ipſo jure nulla ſunt Inſtrumenta, quæ de rebus illicitis ac jure manifeſto prohibitis, vel contra bonos mores confecta ſunt, *per ea, quæ ſuprà in th. 51. & 52: tradidimus.* Et hæc quoad omnimodam Documentorum literariorum ſubverſionem ac ſublationem.

LXXXV. Quoad Impugnationem autem eorundem, in ordine nunc porrò ſciendum, quòd impugnentur, aut ſuſpecta arguantur, probationibus petitis, ex Vitiis ac *defectibus* vel Externis; vel Internis. Vitia Externa ſeu viſibilia appellamus, quæ *extrinſecè* h. e primo quaſi intuitu in ipsô corpore ſcripturæ apparent ac in oculos incurrunt. Et

alicujus Testam. instrum. vel Chirographi in modum crucis ducitur, & tunc documentum istud dicitur *cancellatum*. Vel (2) cùm in circuitu chartæ penna per literas ducitur, & tunc dicitur, *circumductum*; Vel (3) cùm per literas juxta longitudinem penna transit, & tunc perhibetur *inductum*; Vel (4) Cùm inter unam & alteram lineam voculæ aliquot insertæ conspiciuntur, tunc nominatur *interlineatum*; Vel (5) cùm in margine aliquid notatum vel adscriptum sit, tunc indigitatur *apostillatum*. Vel denique (6) cùm aliquid in scriptura abradendo correctum appareat, & tunc *rasum* appellatur, *&c. per Rubr. & L.3. de his, quæ in test. del. induc. & inscrib.* Ex quibus sanè omninò falsi suspicio conjicitur, præcipue, si vel in toto instrumento quodam, vel saltem in ejus aliqua parte substantiali, *v.c. circa institutionem, vel nomen hæredis, subscriptionem testium, sigillum &c.* hujusmodi quid reperiatur; Nisi Notarius, vel debitor statim in fine istius cancellati, interlineati, aut rasi documenti mentionem & attestationem fecerit, illam nempe cancellationem, vel rasuram eo ipso contractus, vel confecti instrumenti tempore, de partium consensu factam fuisse; quo casu omnis falsitatis suspicio exspirare videtur. *Vid. Constit. Maximil. 1.* von Notarien §. *18.* die Notarien sollen ꝛc.

LXXXVI. His porrò accedunt (1) Quando literarium documentum laceratum, intercisum, vel muribus corrosum fuerit, ita, ut legi nequeat quid contentum fuerit in parte corrosa. *L.4. §.1. & L.16. de L. Corn. de fals. cum* L.1. §. *ult. de Bon. Poss. secund. tab.* Id quod etiam ad sigillum corruptum chirographo appositum extenditur, in quantum scil. characteres nequeunt legi, vel arma ac insignia dignosci; *d. cap. 6. x. h. t.* Nisi hujusmodi scriptura longo tempore pro verâ ac legitimâ habita

fuerit

fuerit atque observata; observantia enim subsequuta omnem diluit suspicionem, *secundum Menoch. Consil. 409. num. 36. & seqq.* (2) Quando non integris ac legibilibus literis & verbis, sed vel insolitis characteribus, aut Cifris, sive ut Imperator *in L. 1. §. pen. & L. 2. §. 22. de V. I. E.* loquitur, signis exarata sit scriptura. Vel (3) valde varians aut omninò diversa appareat ductio in documento, quasi duplici manu foret conscriptum, np. ab uno inceptum, ab alio impletum & finitum. NISI fortè diversitas ista ex accidenti v.g. ex calami sive atramenti varietate, manusve propter ætatem vel ægritudinem defatigatione profecta fuerit; quæ accidentalis hæc differentia sola, ni insuper alia concurrant adminicula, hàut sufficiens erit ad impugnandam scripturam documenti, præsertim si & mentio de ista diversitate facta fuisset à Notario in sua subscriptione. Vel (4) Quando antiqua scriptura in charta nova est scripta; vel quando charta fumo est infecta, ut appareat antiqua, *&c. per d. cap. 6. vers. sed contra x. h. t.* Vel (5.) cũ folia addita & de novo consuta fuerint, ita ut foramina inveniantur vacua in cooperta, quod sanè signũ videtur, fila exinde extracta fuisse *c. 5. x. de crim. falsi.*

LXXXVII. Et hæc de *Contrariis modis* impugnandi literatũ documenta ex *Vitiis* ac defectibus *Externis* & visibilibus; Sequuntur nunc modi contrarii instrumenta refellendi *ex vitiis internis* ac *invisibilibus*, adeoq; prioribus propter legitimæ probationis difficultatem & periculum longè difficiliores, & propterea nõ nisi ex evidentissima causa *monente Joh. Petr. de Ferr. in Prax. Pap. tit. 15. gloss. 6. n. 1.* ad illos deveniendum, quia quilibet actus secundũ formam suam præsumitur factus; *L. 5.*

ſcriptam; id; inſimul *probet* vel per *Teſtes*, vel per *Inſtrumenta alia* fide digniora. Per *Teſtes*, eosque rurſum vel *Inſtrumentarios*; vel *Extraneos*.

LXXXIX. Per *Inſtrumentarios*, h.e. in inſtrmento nominatim deſignatos ſ. adſcriptos; tunc, ſi omnes ad unum contradicunt inſtrumento, ſe nimirum actui minimè interfuiſſe, ſuasq; ſubſcriptiones adulterinas eſſe contendentes, Chirographum ſeu Inſtrumentum utiq; ſuum amittit valorem; *per Novell. 73. cap. 3. & cap. 5. x. quæ fiunt à Prælat. &c.* Totius etenim Inſtrumenti ac Chirographi fides ab autoritate teſtium dependere aſſeritur *in L. un. §. 2. C. de Latin. lib. toll.* quâ ſubtractâ, & fides eorum collabatur, conſectarium erit; Adeò ut, ſi vel unus ſaltem ex neceſſariis, h. e. ſubſcriptis, ſe interfuiſſe vel ſubſcripſiſſe neget, *arg. L. 1. § ult. teſtam. quem. aper.* documentum arguatur falſum. *L. 12. C. de teſt. & can. 7. diſt. 9. & can. 17. cauſ. 3. qu. 9.* Secus, ſi dixerit, ſe non amplius meminiſſe, an interfuerit, aut ita res geſta ſit, nec ne? Quia tunc per depoſitionem teſtis dubiam & incertam nihil contra probatur, *L. 18. C. de prob.* Quòd ſi autem plures refragentur, tunc, ſi adhuc (ſive connumeratô, ſive remotô Notario) totidem pro inſtrumento deponant, quot contradicunt, inſtrumento ſtandum autumat præcit. Jo. Petr. de Ferrar. *d. t. 15. gl. 6. n. 7.* tùm propter autoritatem Notarii ac fidem, qui ſi bonæ eſt famæ, pro eo militat juris præſumptio; quod benè ac fideliter ſuo defunctus ſit officio, *arg c. 13. ibi: cum jurat. ſit & c. x. de præſcript.* tùm quia aliàs plus creditur duobus affirmantibus, quàm tribus vel quatuor negantibus ſimpliciter. *Vid. Barb. locupl. l. 18. c. 15. ax. 2.*

XC. Per *Extraneos* teſtes; deponentes illum eô ipſo die & hora, quibus inſtrumentum confectum, remotiori in loco fuiſſe, adeoq; impoſſibile videri, ut ejusmodi negotium in illo loco, circa deſignatum tempus, contrahere potuerit, *L. 14. C. de Contrah. & comm. ſtip.* Ita tamen, ut in comparatione teſtium, oppugnantium numerus ad minus unô ſuffragantium excedere debeat, *per ea, quæ tradit Joh. Sichard. ad L. 15. C. h. t. num. 9.*

cùm

cùm stante paritate testium regulariter pro instrumento pronunciari soleat. *L.18. C.de prob. & cap.10. x, b.t.* V.g. Si tres dicant instrumentum falsum, non audientur, quia & in tabulis instrumentorum duo testes, unà cum Notario, qui tertius, & cujus jurati autoritas regulariter duobus æquipollet testibus, *Barbos.Thes.lib.12.cap.18.ax.3. & lib.18.c.15.ax.23.* adhiberi solent. Nisi igitur ad minimum quatuor aut quinque boni Viri attestentur falsitatem, tùm diu instrumento stabitur *per cit. texx.* Et hoc procedere autumat Myns.4.*Obs.39.n.2.* quando principaliter de falsitate instrumenti quæstio sit; non æquè verò etiam, si de probanda saltē intentione moveatur disceptatio; Quo casu nullam certam juris regulam tradi posse, sed ex qualitate negotii providi judicis arbitrio committi debere, tradit.

XCI. Per ALIA INSTRUMENTA fide digniora: Regulariter enim privatæ scripturæ per publicas derogatur *L.10. de prob.* Et quidem quando vel in alia scriptura dolus & delictum, quod scribendo committitur, probatur, putâ si quis rem duobus vendiderit, & sic duplici scripturâ diversa esse gesta testetur, L.21. *de* L. *cornel. de fals.* Vel etiam per comparationem literarum, aliis adminiculis adjutam, fortè si in uno instrumento plus, in alio minus scriptum reperiatur. Vid. Farin.*constit.83.n.9.* Cæterùm Doctores hîc non ineptè distinguunt; utrum falsitas literariis documentis inserta, ipsius negotii substantiam afficiat, nec ne? Priori casu, quando videlicet actum est de moneta argentea; scriptum verò reperitur de aurea; tunc si plura habet capitula principali negotio connexa, vel unum alterius sit accessorium, totum vitiatur instru-

XCII. Alter Modus refellendi instrumenta ex Vitiis Internis est: Si quis quidem scripturam non negat, sed contenta in eâdem saltem taxat, vel simulata esse contendit; Id quod obtingit, cùm aliquid vel per *errorem*, ut in L.4. *de Leg.1.* ubi testator voluit scribere, se legare fundum Cornelianum, & per errorem scripserat, Sempronianum &c; vel per *simulationem* ac malitiam contrahentium aliter scriptum invenitur, quàm actum est, v.g. Quando obæratus aliquis metu instantium creditorum, imaginariam venditionem, colludente Emptore, publico consignat instrumento, ceu pluribus *ex tit. C. plus vàl. quod ag. quàm quod simul. concip.* colligere licèt, ubi tribus potissimùm modis *simulatio* committi dicitur; Nempe (1) vel de persona ad personam, ut: si cùm Maritus vellet aliquid emere, supponat nomen uxoris loco sui nominis, ac si ipsa Uxor emeret *per L.2. h.t.* Vel (2) de re ad rem, putà si filiofamilias pecunia numeretur in causam mutui, & in fraudem SCti Macedoniani scribatur, datum esse frumentum; *per L.7.§.3. de SCto Maced.* quo simulationis genere hodie etiamnum utuntur quibusdam in locis usurarii ac Judæi. Vel (3) de contractu ad contractum, veluti cùm scriptum reperiatur in chirographo vel instrumento, rem fuisse venditam; cùm tamen modò foret oppignorata *per* L. 3. *C. h.t.* cujus species ex L.5.§.*fin. &* L.*seqq. de distract. pign.* huc revocanda erit. Item, cùm locari res debuerit, ut in L.*ult. C. h t.* ubi Titio mandasti, ut fundum tuum locaret, iis autem in gratiam Mævii sic scripturam concipi curavit, quasi Mævio fundum vendideris; & fingens locationis instrumentum tibi subscribendum obtulit, cui oblato tu fidem habens posteà subscripsisti, eô non priùs inspecto ac relecto. Quo casu, sicut & cæteris, neq; scriptura tibi nocet, cùm semper rei gestæ veritas cuilibet prævaleat scripturæ *L.1.C.h.t.* & L.10. *C. de donat.* Neq; subscriptio, quia deceptus à Titio subscripsisti; Nec deniq; venditio, Locatiove dici potest, cùm hi contractus non nisi mutuò perficiuntur consensu; Jam vero neque tu in venditionem, nec

Mæ-

Mævius in locationem consensit; ita, ut non tàm sit simulatio, quàm utriusque partis defectus voluntatis. *L. 18. de R. C.*

XCIII. Has autem & multas alias simulationes providus ac sapiens judex ex clausulis simulato contractui appositis, pactisque insolitis, pro personarum, rerum, causarum, & temporum varietate, facilè conjiciet & deteget, & quidem simulatam Empt. Vendit. ex conditione tùm *Emptoris*, nempe pauperioris, ex incongruentia professionis, & modicitate pretii, *L. 12. §. 4. de usu & habit.* tùm *venditoris*, quatenus nempe & anteà usuram consüeverit exercere *cap. 4. in fin. X. de pignor. & aliis caut.* vel quòd semper in possessione remanserit *L. 8. §. 7. quib. mod. pignor. vel hypoth. solv.* & ratione temporis: si plurimos per annos cessaverit mercem exigere, præcipuè si talis sit, quæ tempore consumitur.

XCIV. Ultimò ad literariorum documentorum Contraria pertinere videtur & Eorundem Amissio. Nam & sic ipsorum infringitur fides, ut nulla sit; nisi & Amissio, & Authentici tenor ostendatur. Quibus justè ac legitimè probatis, sanè nec parti præjudicare, nec rei gestæ quicquam nocere amissum instrumentum, edocemur *ex L. 1. §. 6. 7. 8. 10. & 11. C. h. t. & L. 10. C. de donat.* Et ratio est, quia Scriptura regulariter contractûs negotiive, super quo conficiebatur, pars essentialis non est, adeoque nec ad constitutionem, sed commodiorem solummodò probationem ejus pertinet. L. 10. *C. de prob.* Probatur autem Amissio vel *Testibus*; L. 18. *ferè in fin. C. de Testib.* vel, His, aliisq; probationum adminiculis dèficientibus, solius creditoris *jurejurando*; quòd scil. obligationem s. chirographū

literarum documentum perit, sive perditur; E.g. Si Cajus me rogaret privatim, ut sibi exhiberem suum chirographum inspiciendum; ille autem subinde mihi illud dilaceraret; Quô factô probato, juramentum mihi ad probandũ dilacerati Chirographi tenorem, deferendum videtur *per L. 20. C. de prob.* Et hoc in odium dilacerantis, & propter præsumptionem contra eundem *juxta Sichard. in L. 1. C. h. t.*

XCVI. Sæpe tamen obtingit quoque ut deperdantur instrumenta non furto, ruina, vel incendio *&c.* sed putredine, nimiave vetustate. Quo casu consulto fecerit, qui ea denuò transcribi curat, priusquã literæ fiant fugitivæ atq; illegibiles; Et quidẽ ex autoritate judicis ordinarii, vel ejus ad hoc delegati, qui antiqua instrumenta prius inspiciat, ne forte fraus comittatur inter scribendum *per c. ult. X. h. t. & Dd. in Auth. si quis C. de Edend. ubi annotârunt requisita ad hoc, ut Exemplum sive transumptum æq. probet atque Originale. Confer Rulant. 2. lib. 5. cap. 15. 22. 29. & 37. de commiss.* Et hæc quoad probationem Amissionis chirographi, prout nim. scriptura de substantia contractûs fuit, ad eum Effectum, ut novum conficiatur instrumentum; In aliis autem negotiis, quæ sine scriptura contrahuntur, non opus esse probare amissionem instrumenti, sed saltem tenorem istius, cùm sine instrumento vel chirographo quoq; contractus obtineat, *L. 17. C. h. t.* docet C. J. A *lib. 7. h. t.*

XCVII. Ad Tenorem autem amissi documenti per testes probandum, Doctores communiter hæc sequentia desiderant requisita: (1) contractûs actum celebratum fuisse. (2) Documentum super eodem confectum, & (3) istud rursum vel per bellum, incendium, naufragium, &c. amissum esse. (4) Documentum nullis vitiis ac defectibus laborâsse, & (5) illud vel propria manu debitoris, vel alterius, mandato ejus, scriptum, aut subscriptum saltem, & sigillatum fuisse. Et (6) Testes gnaros rerumque gestarum peritos interfuisse, juratò asseverantes: probè sibi tùm manum debitoris, tùm ipsius scripturæ tenorem cognitum esse, nempe debitorem ex hac vel illa causa Actori 100. debere &c. Scire autem hoc exindè, quòd vel ipsimet scripturam illam inspexerint & per-

legerint; vel aliô, nempe ipso debitore, legente eam, ex ipsius ore auribus suis tenorem istius perceperint; Id quod factum de anno 1.6.34. Mens. April. die 16. pomeridie in ædibus Sempronii &c. Quæ omnia principaliter de debitoris chirographo accipienda arbitramur, adeoque sic regulariter publicis vix commodè applicari, cùm ex Protocollo Notarii, Actisve publicis redintegrari soleant; Nisi in casu, quo & ipsum Protocollum, & Acta publica per incendium, vel bellum deperdita fuerint. Vid. C. I. A. *tb.18.h.t.* & Bornit. *lib.5. cap.4. 4. part.1. de Instrum.* & Hahn. *ad Wesemb. parat. h.t. n.6. ferè in fin.*

XCVIII. Postremò expositis Literariorum documentorum & *Consentaneis* & *Dissentaneis*, reliqvum nunc est, ut paucis quoque Eorundem Affinia sive *Cognata* subjiciamus. Et sunt (1) Sculpturæ s. inscriptiones in æs & marmor, vel lapides. *L.6. & 7. C. de Relig. & sumpt. fun.* (2) Picturæ, Imagines, ac Statuæ, *de quibus, tot. tit. extat in C. lib.1. tit.24.* (3) Arma ac insignia Gentilitia, vulgò Wapen/ Helm und Schild/ utpotè ex quorum appositione, ut plurimùm Dominus rei cognoscitur; & insculpta in Templis, regulariter jus Patronatus vel Protectionis arguere censentur, Menoch. *lib.3. Præsumpt.130. & Cæpoll. cap.40. tit. de Pariete num.6. & seq. de servit.* Imò & jus superioritatis ex Insigniis Principum, in palo è terra elato depictis, vel portis Castellorum infixis ac incisis probatur *Teste Andr. Knich. in Encycl. Brunov. imp. & juris d. c.14. & Mart. Mag. à* Schönberg *de Advoc. Armat. c.18. num.112.113.* Quo (4) referenda quoq; videntur Symbola f. Emblemata, Ordinis Equestris; putà *Aurei Velleris*, in Hispania; *S. Spiritus & Michaelis* in Gallia; *Stephani*

re, Np. vel frumentariæ, quibus exhibentes Romæ frumentum capiebant. *L. 52. §. 1. de judic. & L. 40. §. 1. de Legat. 2.* Vel Bellicæ *L 2. §. 37. de O. I.* vel deniq; securitatis causa Legatis dari solitæ, *L. 8. §1. de R. D.* sicuti etiamnũ peregrinantibus schedula testimonii causa, ipsos np. non suspectos, nec ex loco contagioso profectos esse, dari consuevit. Et deniq; (8) Schedæ vel chartæ incisæ ausgeschnittene Zetel/ Bacilli fissi, Kerbhöltzer/ da gemeiniglich der Schuldherr oder creditor dẽ Stock behält/ der Einsatz aber u. Gegentheil dem Schuldmañe oder debitori zugestellet wird. *vid. Ref. Francof. ad Moen. part. 1. tit. 13. & 14.* Würtemberg. Landrecht *sub tit.* von Kerbzetteln oder Höltzern & *Dan. Moller. 4. Sem. 37.* Quæ omnia loco & vice instrumentorũ hodie adhiberi edocemur.

XCIX. Ultimam autem manum huic Dissertationi Inaugurali imponet hæc sequens intricata & inter Doctores valdè agitata Quæstio: Utrum Instrumentum s. chirographum furtô sublatum pro fure probet? Et Negativam rei veritati magis consonam opinamur per L. 20. *C. de prob.* & *ad eum Joh. Sichard.* Quo facit & *L. 2. §. 1. de jur. fisci. L. 27. ff.* & *L. 5. C. de furt.*

C. Et tantum de Amplissima, juxta ac in Foro tàm utilissima, quam frequentissima Literariorum Documentorum Materia. Plura equidem & momenti & utilitatis, non diffiteor, in diffusiorem ejusd. dilucidationem pro virtute sua in medium afferri potuissent; verùm enim verò, cum præfatæ Nobilissimæ materiæ hujus longè uberior extet messis, quàm ut brevibus hisce pagellis colligi ut comprehendi queat, prout amplissima aliquot celeberrimorum JCtorum de hac probationis specie conscripta volumina jam tùm nobis sat evidenti sunt testimonio, ad quæ reliqua etiam desiderantem peramanter remissum volumus; idcircò isthâc curarum mole in alios me longe expeditiores translatâ, sufficienter intentionis meæ scopum assecutus videbor, si unius & alterius quæstionis, quam lectio materiei pro temporis angustia suppeditavit, ventilandæ occasionem præbuero. In quibus si præter animi expectationem aliquid irrepserit, quod minùs curatè, rectève dictũ cuipiam videatur, non erubescam meliora edoctus candidi Monitoris judicio memet subjicere, cùm probè ex Imperatoris Leonis *constit. 39. pr.* perspectum habeam, Mortalium neminem eam ad absolutionem pervenire, ut non obnoxiè aliquando res suas gerat. Cæterum quod superest, veluti dissertationem hanc nostram sub imploratione Numinis Divini auspicari fas esse duximus, ita eandem quoque cum debita gratiarum actione finire, non minùs christianum arbitramur. Esto igitur

nunc SOLI DEO LAUS, HONOR ET GLORIA.